N. 55 D. D. 242.

Dissertatio Juridica

De

JURISPRUDENTIÆ NATURA,

Et

IC.TI MUNERE,

Quam

Cum Consensu & suffragio Amplissi Ictorum Ordinis

in

Illustri Academia Upsaliensi,

PRÆSIDE

Consultissimo Celeberrimoq; Viro

DN. CAROLO LUNDIO

Jur. Patr. Profess. Ordin. & h.t. Fac. Jurid. Decano Amplissimo,

Placido Eruditorum examini modestè submittit,

LAURENTIUS VADENSTEEN

Fac. Jurid. Adjunctus.

In Audit. Gustav. majori, horis consvetis ad d. [illegible]IV. Junij. M. DC. LXX IX.

Ὁ χρήσιμ' εἰδὼς, οὐχ ὁ πολλ' εἰδὼς σοφός

HOLMIÆ

Excudit HENRICUS Keyser/ Reg. Typogr.

S:æ R:æ Majestatis
Regnorumq; Sveciæ & Gothiæ Senatoribus,
Celsissimis ac Illustrissimis Dominis,

DN. PETRO BRAHE,

Comiti in Wisingzborg/ L. Baroni in Cajana/ Dynastæ in Rydboholm/ Lindholm/ Brahelina/ Bogesund/ etc. S:æ R:æ M:tis Regniq; Sveciæ Senatori, Drotzeto, Generali Directori ac supremo Præsidi Justitiæ, ut & Judici Provinciali Vesmanniæ Montium & DaleKarliæ.

DN. CANUTO KURCK,

L. Baroni in Lempele/ Dn. in Hedensiöö/ Gökzholmen/ Norsholmen & Åkeshoff/ etc. S:æ R:æ M:tis Regniq; Sveciæ Senatori, Dicasterij, summi Holm. & Generalis Commercij Collegij PRÆSIDI, Judicij Provinciali NERICIÆ.

DN. GUSTAVO SPARRE,

L. Baroni in Croneborg/ Dn. in Odderöö/ Ringestad & Sefwestaholm/ etc. S:æ R:æ M:tis Regniq; Sveciæ Senatori & Dicasterij summi Holm. Consiliario.

DN. THORD BONDE,

Dn. in Herrbroholm/ Thordzberg & Steckinge. S:æ R:æ M:tis Regniq; Sveciæ Senatori & Dicasterij summi Holm. Consiliario.

Mæcenatibus Clementissimis
Dominis meis Gratiosissimis.

S.æ R.æ M. VIRIS Fidelissimis, Dicasterii R. Summi Assessoribus,

Illustribus, Nobilissimis Amplissimisq; DOMINIS,

DN. ARFVIDO Jswarson/ Dn. in Strömstad/Kiuhlaholm/Westerbyholm & Gothnewijk &c. V. Præsidi summi R. Dicasterii.

DN. GOTHARDO Strijk/ DN. in Mörsell/ Skogz Eckeby & Norrby &c. Summi Regi Dicasterii Assessori.

DN. BENEDICTO Gyllenanckar/ DN. in Brunsholmen/ Swepenäs & Anckarsnäs/ Summi R. Dicasterii Assessori.

DN. DANIELI Plan/ Dn. in Broby &c. Summi R. Dicasterii Assessori.

DN. MARCO Cronström/ Dn. in Engeltoffta & Eekensberg/ Regii summi Dicasterii Assessori.

DN. BENEDICTO Sparre/ Dn. in Sparreholm/ Roma &c. Summi Regii Dicasterii Assessori.

DN. MAGNO Utter/ summi Regii Dicasteri Assessori.

DN. PETRO SALANO, Summi Regii Dicasterii Assessori.

DN. LAURENT. Mörling/ Summi Regii Dicasterii Assessori.

DN. JACOBO PARMANDRO, Summi R. Dicasterii Assessori.

DN. JOHANNI Claesson Walwijk/ Summi R. Dicast. Assessori.

DN. PETRO KYRONIO, Summi Regii Dicasterii Assessori.

DN. JOHANNE Ehrenhielm/ Summi R. Dicast. Secretario.

DN. JONÆ Hassel/ Summi R. Dicasterii Avocato fiscali.

Promotoribus meis Benignissimis.

Ut Et

LAURENTIO Hilleman/ & PETRO Komstadio, Notariis.
ANDREÆ P. Dimbing/ Actuario, CAROLO Eritz v. Fiscali.
JOSUÆ Spiner, CORNELIO Beberborg/ MICHAELI Elfberg/ Actorum publicorum Scribis.

Summi Judicii Regii Ministris perindustriis ac fidelibus,
Amicis honorandis & per benignis.

D. D. D.

CELSISSIME,

EXCELLENTISSIMI,

Illuſtres, Nobiliſſimi, Ampliſſimi,

MÆCENATES MAGNI,

PROMOTORES BENIGNISSIMI:

ALmæ juſtitiæ præſidium, quod tam piô zelô hiſce in Septemtrionis oris cotidie geris, *Magne Regni* DROTZETE: indefeſſa juſti ac æqui religio, quâ nominum veſtrorum ſplendor & magnitudo nunquam non per arctoum inclareſcit orbem, *Illuſtrisſimi Regni Senatores*: Solicitudo Juſtitiæ planè ſingularis & exſomnis, ob quam nihil ſtudii, operæ, diligentiæ intermittitis, *Aſſeſſores Illuſtres, Nobilisſimi, Amplisſimique*;

Illam

Illam à me non ſine cauſa depoſcere videntur pietatem: ut exercitium hocce, De JURISPRUDENTIÆ NATURA & ICTI MUNERE, Academicum, piæ obſervantiæ ſponſorem & religioſi obſidem obſequii, ad *Gratiæ* veſtræ *Bonitatisque Aram* ceu certo in aſylo deponam. Maximè, cum ſecretiorem juris indolem & veri I-cti munus nemo melius, nemo intelligat, ſciatve exactius; quam vos o! Gratiſſimi Themidis filii, qui nullo non die, in ipſa luce rerum, in medio arduorum negotiorum diſcrimine oſtenditis: quid æqvum ſit, quid juſtum; quid publicè ſalutare vel ſecus; Adeò ut hominibus, negotiis, moribus noſcendis, nihil ad ampliſſimam *Scientiæ* hujus copiam reliqui faciatis. Non quidem tanta mei fiducia eſt, ut animos veſtros pro patriæ publicove bono excubantes ſine venia iſtoc auſim ſcripto interpellare: aliqua ſaltem argumenti & *pietatis meæ*; maxima vero *RARÆ* quam colo, quam

agno-

agnoſco HUMANITATIS veſtræ eſt. Et quid quæſo ſancti, quemvis ſui ſectatorem ſancta docuiſſet Themis? Si non pio innoxioq; animo, præcipuos juſtitiæ patronos, judiciorum optimos tàm athletas quam gubernatores occaſione tali ſuſpicere atq; venerari. Virtutùm magnitudinem ac ſolidiſſimam in patriam meritorum tuorum catenam, *Celſisſime R. Drotzete*: Laudumve veſtrarum excellentiam, quæ undi qua verſum explendeſcit, *Ill.*ssi *R. S.*nrs & celebritatem nominum veſtrorum, quam in juſtitiæ ſenatu tenetis *Aſſeſſores Illuſtres, Nobilisſimi, Amplisſimique*: quamq; in publicis patriæ commodis tutandis perſonam coujunctim ac ſingulatim geritis; non eſt hujus vel ſtili vel loci contexere, ſiq; eſſet, timeret id tamen tenuis mea minerva, cui religio eſt, magnitudini tantæ, tenuitate ſua officere. Omnibus enim illis juſtè celebrandis, ut ipſa vix ſufficeret Svada: Ita magni & excelſi ſpiritus non ſolent talia ſe-

ctari

ctari. Quid! quod in ſole non accendimus faces,ſaltem in obſcuris, quæ adhiberi debent ſolentq;.Nilus puod præſtat Ægyptiis,hoc juſtitiæ adminiſtratio regnis. Nilus χρυσοῤῥόας Epiphanio i. e. aurifluus, Bucoliaſti dictus eſt ἀργύρεος i. e. argenteus,obimmenſas divitias,quas fœcunditate ſua aſpergit Ægypto: Verum a. juſtitiæ exercitium, curâ quod fovetur veſtrâ, magis quam aurifluum, magis quam argenteum eſt, mille enim benedictiones è Cœlis in ſingulos inq; univerſum diffundit regnum. Non addo his plura, cum ſaltem heic mihi propoſitum ſit,GRATIAM Bonitatemq;veſtram, *Mæcenates Magni, Promotores optimi*, humilima ac devota animi ſubmiſſione obteſtari: ut ſi intempeſtivè,hoc quidquid eſt opuſculi patrocinium veſtrum imploraverat, religioſæ nihilominus menti non denegetis veniam. Scilicet,ſperni pia pauperum munuſcula nunquam ſolent,immò nec eorum ſpreta accepimus, qui

vota

vota, quæ *Bove* vel *Ove* debebant solvisse *Pomis* leguntur; multa quoq; valde pretiosa videntur, quia sunt Dijs consecrata dicataq; templis. Si nihil proinde specimen hujus obsequij habeat quo, *Celsiss. Illustriss.æ* Ex.^tiæ *Ill. Nobiliss. Ampliss.æ* nominibus V. commendetur: candor tamen & pietas clientis non displicere credo poterit. Dicam verè & ex animi mei sententia: imminutæ reus virtutis est, qui latitat, qui umbraticas tantum literas colit, cum possit tali mente Mæcenatibus commendatoribusq; innotescere, sine quibus clara etiam ingenia vix ac ne vix quidem emergunt. Ter veneranda Divinitas, quæ *supremum* justitiæ *Collegium*, viris semper peridoneis, ceu corpus quoddam aureum gemmis ornaveras semperq; distinxeras, sustenta id quoq; in posterum eadem æternâ clementiâ Tuâ, Vosq; *Celsis. R. Dr. S.^res Illustriss. Ill. Nobiliss. Ampliss. D. Ass.^res* Egregio publico salvos quam diutissimè & incolumes

mes

mes O! altiſſime conſerva! Quò ſancta & alma juſtitia in univerſa civium corona, tantis ſub auſpiciis vernantis ad inſtar floris, ſemper vireſcat, ſemper floreat. Is enim, ut juſtitiæ, ita veſtræ ſummus eſt gloriæ apex, qui nomina veſtra poſteritatis faſtis inclyta perenni vivere faciet fama. Dab. Upſalæ d. X. Maji. M. DC. LXXIX.

CELSISSIMO COMITI,

Illuſtriſs. *Ex.* *tiis*

Ill. Nobiliſs. Ampl. D. D.

Humilima animi veneratione ac fide integerrima Devotiſſimus addictiſſimusque cliens.

L. V.

Clarissime DOMINE
VADENSTEEN,
Juris Adjunctæ Dignissime.

VEtus assertio est, jam usq; ab antiquis tracta temporibus, eaq; plurimorum, quod Tu minimè ignoras, auctorum roborata consensu: Varias Philosophorum sectas, sectis JC.torum diversis locum fecisse. Et scitis profecto Academicorum Calistratus, Peripateticorum Julianus, Epicureorum ex antesignani sui velut intermundiis descendens Alfenus, Stoicorum Ulpianus addicti leguntur. Idem etiam de cæteris esse dicendum, unicuiq; vel leviter in Jure versato satis exploratè perceptum arbitror. Tres autem præcipuæ Jurisperitorum Familiæ Ciceroni celebrantur; Pomponio tantum duæ, ad Atejum scilicet Capitonem, & Antistium Labeonem, ceu capita splendidissima suarum initia sententiarum constanter referentes. Quorum ille in his quæ ei à majoribus tradita fuerunt, perseveravit: Hic ingenii felicitate, raræq; auxilio doctrinæ plurima immutavit. Quippe cui propositum erat, veri justiq; reperiendi causa, contra omnia disserere. Quam philosophandi rationem profectam á Socrate, repetitam ab Arcesila, confirmatam à Carneade, ad hanc nostram, interrupto licet rivulo, ætatem demanasse, scripta vel unius Chartesii, ut de aliis hic nihil agam, sufficientissime docent. Greges etiam postea à successoribus primariis, Cassiani de Cassio, Sabiniani de Sabino ejusdem cum istis nationis appellati, ab asseclisq; Proculi

)(

quam

quam longiſſimè disjuncti. Quibus inter ſeſe colliſis, mediam interdum viam Juris in reformatione Juſtinianus inſtitit, ut ex ipſis conſtitutionibus evidenter liquet. Nihil legislatori turpius exiſtimans, quā præconceptam ſequi opinionem, *ut etiam ſine ratione valeret auctoritas*; quod Pythagoreis olim ſolenne manſit, reſpondere ſolitis, cùm ex his quæreretur qua de cauſa ſic eſſet ſtatuendum, αὐτὸς ἔφα. Præterquam quod opinionibus ita diſcrepantibus alterum ſæpe evenerit, ut earum nulla, alterum certè nunquam, ut plus una vera exſtiterit, adſtipulante Tullio. Sed in pretio & deliciis nemo eorum habitus, qui non Divini humaniq; juris eſſet ſcientia inſtructus, ut nec ſine cauſa ex mente Ulpiani Tribonianus Jurisprudentiam definierit, *Divinarum atq; humanarum rerum notitiam: Juſti atque injuſti ſcientiam*. In cujus naturam paulo utiq; altius inquiſiturus ante dictus Ulpianus Jus contendit à *Juſtitia appellatum*: Cum hæc viva ſit eſſeq; debeat Idea Juris. Non ſecus ac ſapiens ad Stoicorum placitum à ſapientia deducitur; Homo ab humanitate; Sapientia quod ſapiente; Forma hominis homine prior fuerit. Et hinc etiam in abſtracto, ut ſcholæ loqui amant, Juſtitia ipſis definita: *Conſtans & perpertua voluntas jus ſuum cuique tribuendi*. Qualis nimirum conſideretur omnibus omnino numeris perfecta, & ſecundum tria præcepta generalia, HONESTATE, Juris exiſtente ſupplemento. Quo ſenſu pleniori jus elegariter

Celso Ars dicitur Boni & Æqui, id est, Justitiæ & æquitatis. Quæ licet prudentia frustra requireretur in libello XII. Tabularum, unus nihilominus omnium hic ipse judicio L. Crassi Icti & Philosophi summi, concedente etiam Cicerone, & auctoritatis pondere. & utilitatis, quod pluribus ex artibus studiisq; collectus foret, ubertate, Bibliothecas Philosophorum omnium superare visus: Ut si cum legibus Lycurgi & Draconis, & Solonis Romanæ conferrentur, incredibile, quam istæ censerentur inconditæ, ac pene ridiculæ. Sed pace tuà dixerim Crasse, præter rationem á te despici leges Græciæ cæterarumq; gentium. An solus obitus es, quod nemini non liquido constat, Anno V. C. CCLXXXXIX. publica auctoritate Romæ tres electos viros petituros leges á Græcis civitatibus, & inde aucto numero decem omnino constitutos, per quos Civitas vestra fundaretur legibus, quas in Tabulis eboreis propositas asserit Pomponius, ad usum forte sui temporis respiciens, cum roboreæ fuerint teste Dionysiò. Vocaruntq; Tabulas, exemplo Atheniensium, quibus ἄξονες nuncupabantur, ut gravis auctor est Plutarchus; Quod Jus antiqvum audit, nomine Juris Civilis simpliciter in institutionibus & Digestis ob excellentiam intellectum, id ipsum locis tantum non infinitis comprobantibus. Unde si Græci sua rigidius reposcerent, idem fortasse fatum subire cogeretur, quòd pennis alienis miseré superbiens Æsopi cornicula. Si de jure vestro proprio inchoató atq; rudi Papiriano hoc á te Judicium, quod de extraneis, Crasse factum fuisset; neminem nisi vehementer fallor, Tibi contradicen-

dicentē esses habiturus. Ut iccirco exactis Anno V.C,C.CC XLIV, Regibus, lege Tribunitia totum ruditate exoleverit, iterumq; cœperit populus Romanus propriâ Jurisprudentia suffultus, incerto ferè jure & consvetudine ali, evincente supra memorato Pomponio, fideq; annalium. Quid! quod interdicto etiam restitutorio adversus Vos GOTHI NOSTRI jure merito possent uti, in quorum possessiones illis invitis irruistis. A quibus ceu fontibus Literæ, religiones, sacra, ceremoniæ, mores, leges ad Græcos atq; cæteros populos defluxerunt. Testantur id monumenta plurima, nec non Fragmenta legum nostrarum antiquissimarum, *à Vigero Lumberoque judicibus Provincialibus* compilatarum, de quibus aliàs fusius. Græca ergo Jurisprudentia, vel rectius Gothica erat, quam tu Crasse Romanam fecisti, quâ præfulgentium Juris consultorum domos, oracula Civitatum nominasti, *maxima quotidie frequentia civium, ac summorum hominum splendore celebrata*. Quid de candida ipsorum in judicando veritate, summa in exequendo dexteritate ? à quibus cantor formularum, auceps syllabarum, monstrosus scilicet cavillator cornej proceriq; rostri, *cui lumen ademtum*, remotissimè sejunctus. Sed in hoc argumenti genere occupato Tibi, Amicissime VADENSTEEN, calamum nolim excussum. Nec id modus ferret epistolæ. Accedit, quod *eruditissimum hunc vividi ingenij tui fœtum*, sponsorem prædemq; habeam certissimum,

ſimum, Hac de materia tractatus aliquanto Juſtioris, ubi dies Tibi & longior & benignior illuxerit. Vale. Scribebam Upſalæ feſtinanter valetudine minus proſpera tentatus. d. 5. May. 679.

Tuus

CAROLUS LUNDIUS.

Ut

Ut *εὐσύνοπτον* i. e. perſpectu facilem faciam rem, En materiæ *κεφάλαια* hæcce habe B. L. & inſtituto fave.

Diſputatio præſens abſolvitur.

- I. Dedicatione ad Mæcenates
- II. *Præfatione* ad B. L. de Juris certitudine.
- 3. *Tractatione ipſa. II. Capitib.*
  - I. *De Jurisprudentia natura* idq; V. membris.
    - M. I. *Tentat enodare Jurisprudentiæ Naturam in vari[…] appellationibus*; ubi de *Artis, Scientiæ, Sapientiæ* acceptionibus non tam Philoſophicis, quam Juridicis, variæ expenduntur ſententiæ. N.ris V.
    - M. II. *Jurisp. indolem in ipſa prudentia quærit*, idq; ad indolem habituum mentis, oſtendendo eſſe diſciplinam practicam & non tam ad prudentiam *ἀρχιτεκτονικὴν* ſeu *βουλευτικὴν* quam *δικαστικὴν* pertinere, N. ris VIII.
    - M. III. Jurisp. genium in ſuo fine juſtitia inveſtigat, idq; Articulis II. bus
      - I. *In fine intermedio*, ubi oſtenditur Juſtitiæ cauſa inventam eſſe Jurisprudentiam, non ſolius particularis ſed etiam univerſalis: & *παρέργως* declaratur, non ſufficere univerſalem Jurisprudentiam. Unde *Jurisprudentiæ ſpecialis neceſſitas evincitur.* n. 7.
      - II. *In fine proximo*, vera ſcilicet Juris applicatione, unde I-cti proprium munus emanat.
    - M. IV. *Jurisp. Naturam in ſubjecto & principiis* conſiderat Articulis II. bus
      - I. De *Subjecto* ſeu *Actionibus*, & rebus tam divinis, quam humanis, publicis privatisq;. Unde Jus ſacrum, publicum, privatum. *Hinc amplitudo Jurisp. eluceſcit*: n. 8.
      - II. *De principiis*, Jurisp: publicæ Privatæq;
        - I. *Jure Naturæ*. n. III.
        - II. *Jure Gentium*; n. II.
        - III. *Jure Civili*. n. V.
        - Ubi vis Juris civ: ad Jus nat: oſtenditur.
    - M. V. *Jurisp. Naturam ac methodum in objecto ac mediis breviter oſtendens.* Ubi de Perſonis, Rebus, Actionibus deq; utriusq; Juris Civilis ac Svecani *παιδείᾳ* obiter agitur. n. 4.

C. II.

C. II. De I&i Muneribus Memb. IV.

I. *I&us Judex*.

Articulis tribus

I. *De Judice constituendo*, ubi de Jurisdictione & qualitatib. Judicis agitur, N. ris 4.

II. *De officio constituti*, & ante & post sententiam, data occasione de officio nobili & nullitatibus nostra mens exponitur, N. 6.

III. *De recusatione Judicis*, Jure Civili, Canonico, Svecano, ubi distinctio textuals inter jäfwa & wrákа Domaren explicatur.

II. *I&us interpres*, ubi ostendimus interpretationem authenticam principis, non adimere I&is & magistratibus doctrinalem. Id vero ut intelligatur, consideratur interpretatio.

Vel

I. *Juris expressi.*
II. *Penitus obscuri.*
III. *Casus dubii*, qua occasione Relationis processus exponitur J. Sv.
IV. *Juris ex æquitate explicandi.*

III. *I&us de Jure respondens*, ubi auctoritas I&orum pro varijs temporibus explicatur. n. 3.

IV. *I&us Executor.*

Artic. tribus

I. *De Executione legitima interponenda*, multis cum cautelis.
II. *De Justo ordine ac pretio executione peragenda.*
III. *De rebus executioni datis recte distrahendis.*

4. *Conclusione*, quæ Jurisprudentiæ descriptionem sistit, cum voto pro patria & patriæ patre.

PROOEMIUM.

UBi nunc Roma est, ibi quondam fuere Sicani: Quos postea pepulerunt Aborigines. Lubrico stant omnia pede, motui obnoxia cuncta. Non alienigenis quidem Sveci, patrio suo ac natali unquàm cessère loco; aras laresq; exteris linquere nefas rati. Tam varia tamen variis temporibus vicissitudinum sunt exsperti vestigia, dum vel victricia circumferrent signa per orbem, vel sua contraherent ipsi vela: ut eandem cum Romanis vel non valdè dissimilem inconstantis sæpè fortunæ aleam subivisse videantur. Nec Romani gloria nominis, versibus decantata Ennii: Moribus antiquis, res stat Romana virisq; . *Contra communem hanc rerum sortem plus valuit; quam gentium vagina Svecia, sua profuit antiquorum tenax institutorum constantia. Sic adeò pleraq; videntur mutata, versa, eversa: ut si novissima primis, & prima conferas novissimis, Regnum in Regno, populum sæpè in populo quæras. Sed quo quæso isthac? An omnia vaga, hominũ, ac incerta cuncta penitus. Cautè. Inconstantis instar fumi sunt pleraq;: alia sua firmitudine gaudent. Rerum equidem humanarum facies, pro ætatum utilitatumq; necessitatibus, sic in varias se sæpè formas fingit; ut eandem, mutatis nonnullis, agi fabulam, vel pauci admodum, vel non nisi penitius in orbis universi scenam introspi cientes intelligant, credant. Ita tamen, ut neq; eodem prorsus omnia, nec planè tamen diverso volvi cardine existimemus. Ad rei utriusq;, constantiæ inconstantiæ, firmitatis infirmitatis exempla, in tanta luce rerum provocare, quid? Si non in sole accendere faces. Experta non sanè dissimilem Fortunæ ludum, humano generis bono nata disciplina, quam* Jurisprudentiam

dicis

dicimus: ejusdẽ sive incunabula, sive progressum respiciamus ac ætates cæteras. Causam vero ejus rei cave non tam in illa, quam extra illã, non in fonte, sed rivulos quæras. Sanctissima enim res, vera non simulata philosophia jurisprudentia est, quæ teste Platone nunquam non exclamat : ἐπιστήμη δεῖ κρίνειν. *Quo sensu, jus ipsum, si rectè æstimes, plerumq; est idem, etiam tum, maximè cum videtur aliud. Quid! quod personæ. loca. tempora sic adeò ipsum jus ita consideratum non mutant : ut perspicaci pensitata judicio. internum potius, etiam ubi minimè credas, ejusdem proferant concentum. Cujus summam rei, ut non illi capiunt; qui Jurisprudentiam Ebraicam, Græcam, Romanam Germanicam, Svecanam rationibus altem suffultam civilibus ac suis proinde relinquendam clamitant; neq; in specie illi, qui jus civile Romanum, unice velut* opificium totius *tractant, ut inde postpositis omnibus aliis in numerato habeant, quæ in usu sunt, ac quæ in usu ubiq; esse debent: Ita exinde habere posiunt solertiores, quare de Iurisprudentiæ natura non aliter hodiè ferè sentiendum sit, si modò rectè sentire velimus, quam justitiæ ac artis suæ tenacissimi veterum : & quare, quod olim justum, etiamnum nostris venire auxilio temporibus possit. Clarissimè me ut expediam, inde licet percipere ; qui fit: quod ex Ebreorum institutis Ægyptii, ex Ægyptiacis Phœnices, ex Græcorum ac Atheniensium plurima Romani potuerint colligere ; vel si nulla talis placeat dogmatum, præceptorumq; successio, unde tanta legum, morum ac institutorum inter diversissimos sæpè longissimeq; dissitos populos, est harmonia, tantus concentus, ut unus sæpe alteri, non secus quam ex compacto prospexisse credatur. Hoc miramur, quamdiu cogitationes nostras circa corticem sine accuratiori rerum scrutinio obambulare patimur : In causarum verò nervos ac secretiorum sortis humanæ nexum intromissa animi acies; nos oculis quasi fontes hujus rei perlustrare jubet:* Rationem *scilicet* Rectam *omnibus inditam omnibus communem, ac* Utilitatem *quandam moventem. Hinc non tantum Iuris naturalis & Gentium vinculo combinatur mortale hominum genus : Sed propriæ etiam utilitatis respectu plurima excogitantur plurima fiunt, quæ aliis & probantur gentibus & in immensum profuisse leguntur. Quid ergo mirum, ex horrida antiquitate ad præsentem usum quædam flexisse, Augustum ? Quendam vetusti*

temporis morem revocasse Theodosium, imperatores; Multa praeclara desuetudine abolita, in usum revocari etiamnum possunt: Multa in aliorum sunt inventis & aliorum institutis, quae apprime nostris inserviunt rebus convenientque maxime si ita ratio, si utilitas dictitaverit, suaserit. Non eo heic longius, nec esse licet prolixo. Idem de Iurisprudentia ferendum esse judicii, omnes, etiam mediocriter docti sciunt. Plurima enim ex jure naturae colligendo, eidemque quaedam addendo, quaedam detrahendo, sic adeò statum temperat suae reipublicae, regni, imperii: ut longè certius, longè praestantius suas saepe explicuisse partes censeatur, quam praeceptis vagis magno conantur nisu alii. Sublimitas proinde hujus disciplinae, non ipsa est amplitudine ejus, summa maximaque minor. Actionum humanarum diversissimarumque latissimè patens campus, viam multis in arduo ponit. Hinc alios diffidentia, non paucos opinionum praejudicia, quosdam etiam vitia alia, sic vero deturbant tramite; ut paucissimos numeremus omni ex parte veros diligentesque hujus sectatores. Nec sine causa jam suo exclamavit tempore Celebris Hassiae consiliarius & ICtus Vultejus: Quotusquisque est inquiens in tanta hominum multitudine, qui artem istam probe calleat, & ut eam calleat, optimè ad commodum ejus, in qua versatur rep. probè accommodare noverit. Naevos vero, & qua parte peccasse maxime videntur, interpretes non meum est heic indigitare. Praestitum id, à viris nostro & superiori seculo clarissimis, partim & tentatum. Id saltem instituti hujus est, subinnuere: Non illorum vitia, ipsi magis Iurisprudentiae imputanda; quam Philosophorum Philosophiae, Medicorum medicinae, Theologorum S. S. Theologiae. Non ergo mirum si haud secus de Iurisprudentia natura indaganda laboraverint ICti, quàm de aliarum disciplinarum alii. Eâ enim perspectâ, tutiori feliciorique via, in caeteris Themistici studii longè gravissimis & salutem publicam juxta & privatorum concernentibus causis & progredi, & suis defungi partibus possunt. Argumentum ut nobilissimum, ita per omnem disciplinarumque campum diffusissimum. Ante sexennium, seu quod excurrit; dum ad otii mei rationem, viris in magna hac musarum palaestra celeberrimis persolvendam, tyrocinii specimen juridici sub cingulo militiae Academicae deponerem;

 ut

ut in naturam placuit Iuris militaris, ad jus Sveo-Gothicum pro ingenii modulo applicandi introspicere: ita nunc, fortuna res meas non aliter disponente, cum ingenii iterum periclitari debeam vires, commodissima sese obtulit hæc de Iurisprudentia Naturæ & ICti munere materia. Non quod ea esset ingenii fiducia, ut quæ hujus amplitudinem argumenti penitus absolvunt, hac velim occasione perstringere (Esse enim id ex genere eorum, quæ vix fieri per modum dissertationis possunt, illi demum rectius intelligunt, quos altior harum rerum imbuerat notitia) Sed saltem, ut selectiora tam veterum quam recentiorum, cum legibus nostris novis antiquis, monimenta in hac materia conferam; maximè, ut tam Iuris in genere, quàm in specie Svecani ad jus naturæ relati utilitas ac necessitas quodammodo elucescat, & simul constet, quæ in Iure nostro, quæq; in Romano sint præcipuæ ICti partes. Quæ omnia, qualiacunq; demum, rectè sentientium judiciis, sanè quam libenter ac ingenuè submitto. Quod superest Benevolum ac Candidum Lectorem, quanto possum opere rogo, ut quæ ejus humanitas est, conatus hosce meos benigna mente adspicere, melioremq; in partem interpretari dignetur, memor istius Justiniani:

Omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, Divinitatis magis, quam mortalitatis est, *l. 2, §. 14. C. de vet. jur. Enucl.*

D. D.

D. D. & A. C.

CAP. Primum.

De Juris Prudentiæ Natura.

Membrum Primum.

Jurisprudentiæ Naturam ex ejus appellationibus enodare tentans.

(I) Celsi definitio. Ars non ἀκριβῶς, nec Philosophicè, nec pro dolo bono malove sumitur; nec ut ars in Cod. Mathematica dicitur. (II) Scientia, Sapientia ἐκ παραλλήλου; non propriè neq; pro simplici tamen peritia accipitur. Major enim Jurisprudentiæ certitudo ac dignitas est.

Brevis & non sanè paucis nervosa Celsi ICti, olim etiam Ulpiano laudata Jurisprudentiæ descriptio censetur: Jus est ars boni & æqui, *l. 1. princ. ff. de Just.* & J. Dn. Schneidevinus ita παραφράζει. *Est collectio praeceptorum seu notitiarum æqui & boni, quæ docent, quid justum, quid injustum, quid æqvum quid iniqvum sit, Comm. Instit. I. de II. n. 8. Permultis* tamen vel explicatu ardua, vel parum accurata variis temporibus visa est.

II. Et sanè si sensu Aristotelico ipsa vox artis accipiatur; Si denique ἀκριβῶς & ex limatissimis definiendi regulis sit eundum; non malè forsan aliquis sibi, & mox etiam aliis persvaderet: minimè gentium Jurisprudentiam accuratè per Artem definiri.

III. Notandum icirco, vocabulum Artis, non sensu heic Philosophico, sed ἐν πλάτει & populariter pro disciplina seu doctrina accipi. Quo etiam sensu, isthæc æqui & boni ars, magno magnorum virorum Judicio: Justi & æqui disciplina: Doctrina sive disciplina jurisdicta est. Nec abludit *artis liberalis* acceptio in *l.* 4. *ff. de decret. ab ord. fac. & l.* 1. *C. eod.* nec Artis Geometriæ, in *l.* 2. *de Malefic. & Mathemat.* quam ut habent verba, discere atque exercere publicè interest.

IV. Heic quoq; sed κατ᾽ ἐξοχήν notandum, voce artis, non bonum aliquem dolum vel experientiam saltem significari, ut ars militaris; Etiamsi veteres dolum etiam bonum dicerent, & pro solertia hoc nomen acciperent, l. 1. ff. de dolo malo, *l.* 77. §. 31. *ff. legat.* 2. Multo verò minus Jurisprudentia in eo sensu Ars Celso, quo imperatoribus Diocletiano & Maxim. Ars Mathematica damnabilis ac interdicta omninò dicta est, in *Cit. l.* 2. *C. de Malef & Mathemat.* ars enim τῶν μέσων est; unde sine Epitheto male ponitur, ut ex Virgilio, Terentio aliisque probari potest. Et hæc ratio vel præcipua est, quare alma Jurisprudentia, nusquam quod scio, simplici artis nomine, in libris legum veniat; Sed vel *artis boni & æqui*: vel alterius alicujus egregii indolemq; ejus exprimentis Epitheti.

V. Antequam hinc degrediar ad alia, obiter tenendum est, in *d. l.* 2. *C. de Malef.* per *Mathematicos* non Geometras intelligi, non Arithmeticos, Musicos, Astrorumve peritos: Sed qui illis artibus ad futura singulis prædicenda abutuntur, quiq; Mathematicarum artium liberali nomine suas inumbrantes ineptias, profitentur se, & fata cujusq; nosse & fatales syderum observationes. De quibus tam in ipsis juris Cæsarei libris, quam pro Justinianeæ veteris & post Justineaneæ quoq; Jurisprudentiæ reliquiis, sive notitia Basilicorum & Jure Canonico passim legimus. Confer *Paul.*

5. *Recept. Sent.* 21. *Ruffin. tit.* 33. *Collat. LL. Mosaicar.* 1. *Ecclog. c.* περὶ μαθηματικῶν *Senec in ludo. C. Ecce inquiunt* 4 *XXIII. q. IV. inq; nostræ ætatis scriptoribus post Gerbard Ioan. Vossium, Theol. Gentil lib,* 1. *c.* 49. *Barclaium lib.* 2. *Argenidis, & alios. novissime Petrus Gassendus in System Philos. Epicur. & lib.* 6. *Physic. Sect.* 2. sed redeundum jam in viam.

VI. Quod supra de acceptione Artis Ulpianea monitum; id dicendum quoq; quoties veteris Jurisprudentiæ auctoribus Ars æqui & boni, *vel justi & injusti scientia*, ut in *d. l.* 1. *ff. de I. I. l.* 91. ¶. 3. *ff. de verb. obl.* vel rerum divinarum humanarumq; notitia *d. l.* vel civilis sapientia appellatur, ut in *l.* 1. §. 5. *ff. de extraord. cognit. ff.* Unde Atilius â populo, primus sapiens appellatus est, *l.* 2. § 38 *ff. de O. I.* Ut Sempronius σοφος, § 37. *d. l.* scilicet, non illum esse sensum, ac si Jurisprudentia & scientiæ & sapientiæ & cæterorum deniq; habituum intellectualium naturam Philosophicam adæquatè exprimeret: Sed id vel ἐκ παραλλήλων, ut Julio Pacio placuit, vel saltem ex populari vocum usu fieri. Romana enim Jurisprudentiæ magistri, de rerum momentis magis soliciti, civilem scientiam non Philosophorum præceptis, sed populari captu & sensu mensi sunt, adeo ut ipse ICtus Paulus dixerit; *non oportere verba captari, sed qua mente quid diceretur, animadvertere*, *l.* 19. *ff. ad exhibend. l.* 102 *ff. de R. I.*

VII. Non proinde operæ putamus, vel cum Petro Gilkenio, Jurisprudentiam, proprie dictam scientiam; vel cum Angelo Thyo simplicem saltem peritiam statuere, minimè vel scientiæ, sapientiæ vel prudentiæ artisve nomine dignam. *Gilken. in pecul. hac de re tract. Thyus in præcogn. logic.* Utriusq; enim opinio parum solidi possidet, & proinde operâ eruditorum, jam dudum larva illis detracta est. Quamquam pro Gilkenio non malè fortè aliquis diceret: Jurisprudentiam posse eo respectu scientiam dici, quo u-

nivers-

niverſalium rationes & cauſas noſſe debet, quibus utitur. Scientia enim in univerſalium ex ſuis cauſis cognitione ſubſiſtit, ut prudentia in ſingnlaribus univerſalia applicando. Nemo tamen prudens fit, ſola ſcientia civili acquiſita. Vid. Claris Felden. *part.* 2. *Elem. jur. c.* 4. *art.* 2. *n.* 8. 11. 15. Speciatim contra Angelum Thyum & non ſine cauſa ſtylum ſtringit. Angel. Matheac. *de via & rat. jur. lib.* 1. *c.* 10. Rationibus evincens omni exceptione maioribus; ſimplicem illam peritiam veræ Jurisprudentiæ amplitudinem perfectionemq; ſic non exprimere, ut quam Thyus cœlum, non illa hanc propius, primis quod dici ſolet digitis attingat.

VIII. De ſublimitate ac præſtantia hujus diſciplinæ quæ heic eſſent dicenda, ſuo loco reſervo, cum omnibus omninò eruditis rerumq; humanarum non planè ignaris facilè conſtet, quidnam judicii ferendum ſit; De divinarum atq́; humanarum rerum notitia, Juſti atq́; injuſti ſcientia, *l.* 10. *§* 2 *ff. de juſt. &* l. de civili ſapientia, *quæ res dicitur ſanctiſſima,* in *c. l.* 1. *§* 5. *ff. de extraord. Cogn.* laudabilis & honoris plena, *l.* 4. *C. de advoc. diverſ. judic. l.* 6. *in fin. C. de poſtuland.* ſacra, vera & non ſimulata Philoſophia, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de I. I.* Quippe quæ non lubricas tantum cauſidicorum artes cœno immerſas ſuo, ex alto deſpicit; Sed & omnes quotquot ἄνευ τοῦ πράττειν μέχρι τοῦ λέγειν nomine, barba, pallio ſapientiam, nihil ad vitam neq; tuendam neq; ordinandam, promoventem metiuntur. Quos juſto depingit penicillo Gellius *IX. N. A.* 2. *XIII.* 22. & imperatores Valentinianus & Valens *in l.* 8 *C. de profeſſor. & Medicis add. l.* 6. *§.* 7. *ff de excuſat.* Ludovic. Malquiſtius *de vera Ictorum Philoſophia, cap.* 16.

Memb. Secundum.

Jurisprudentiæ indolem in ipſa prudentia quærens.

Pru-

Prudentia se insinuat, probaturq; à fine & objecto non omnis sed πολιτικὴ & quidem δικαςικὴ : vide tamen quomodo.

MAgna equidem antiquorum ICtorum ob immensam eruditionem apud omnes esse debet veneratio: neq; sine necessaria unquam causa ab eorum sententiis discedendum est, dicente Ampliss. Dno. Bœclero in *Præfat. ad Hug. Grotii jus B. & p. pag.* 5. Non mihi tamen displicere potest eorum conatus, qui commodissimam cujusq; sententiæ explicationem quærendam sibi putarunt. Ut proinde paulo quam hactenus â nobis factum penitius, in naturam introspiciamus Jurisprudentiæ, non tantum è re esse videtur præsentis instituti; Sed & ipsa prudentiæ & Jurisprudentiæ vox non dum supra explicata, id ipsum svadet.

II. Si enim vel maximè cum cl. Feldeno, definitionem Celsi ex ipsius juris Rom. textibus, alio quam supra factum est modo interpretemur: quod scilicet sit *legum scientia c. l.* 2. § 37. *ff. de O. I. l.* 10. §. 2. *ff. de L. L.* Leges vero scire, non esse verba earum tenere, *sed vim & potestatem, l.* 17. *ff. eod.* vim autem & potestatem consistere in ratione & causa cujusq; legis; quam vel certis inq; jure expressis interpretationis regulis, vel constitutione optimi principis & jurisdictione assequi debemus, *l.* 11. *&* 13. *ff eod.* Nondum tamen, tota hæc res, tam clarè tamq; solidè, ut volunt, in apricum prod[illegible] censetur, maximè si hæc doctrina ad indolem habituum principalium mentis accuratiorem ex quorundam mente exigatur.

III. Res iccirco veluti ab origine repetenda est. Omnia in quibus informatione aliqua imbui mentis humanæ interest; vel ita ex firmo magnorum virorum judicio comparata esse puto: ut non nisi θεωρία, πρᾶξις, aut ποίησις, seu quod idem contemplatio, actio & effectio intendantur. Hinc habitus mentis resultant. *Theoreticus*, cujus finis proximus est τὸ scire: *Practicus* qui præter cognitionem

τὸ agere, & effectivus, qui etiam opus aliquod, quærunt. Vid. Aristoteles, VI. *Eth.* 4. 5. 1. *Polit.* 3. Hornejus 4. *Eth.* 1. *n* 4. Feldenus *part.* 1. *Elem* I. *c.* III. *m.* 1. 2. *Art.* 1. 2. *&c.* IV. *m.* 2. *Art.* 1.

IV. Cum itaq; Jurisprudentia neq; in nuda subsistat cognitione, neq; ad effectionem seu opus aliquod se extendat, quam maxime actionibus accommodata civilibus seqvitur, non pertinere illam ad habitum Theoreticum, non effectivum; Sed ad prudentiam seu habitum practicum, quo res agendæ in vita diriguntur, Quod erudite ostendit Dn. Christoph. Ehemius *in eleganti suo libello de principiis juris vid. quoq;* Struvius *in Syntag.* Jurispr. Exerc. I. n. 9. Et ex ipsis etiam legibus demonstrari potest. Non enim jura cognoscimus, ut sciamus tantum, sed ut ad normam rectè cognitorũ casus in vita offerentes ritè Judicando, homines justos & bonos efficiamus, æqvum ab iniquo separantes. l. 1. § 1. ff. de I. I. Quid! quod cujus disciplinæ finis est justitia, ejusve administratio, *l. c.* L 1. *vers. justitiam namq; colimus*, *l.* 6. ¶ 1. *C. de appell*, *SVBIECTVM*, Actiones, quà publicum civitatis, quà privatorum statum res & facta, *l.* 10. ¶ 2. *ff. de* I. I. *l.* 2. *ff. de* LL. PRINCIPIUM generali nomine jus naturale, gentium civile, *l.* 1. ¶ 2. *vers. collectum.* 4. *ff. de* I. I. *c. l.* *Dn. Paul. Fuchsen* 1. *Tab. jur.* PRÆCEPTA, honeste vivere; alterum non lœdere, suum cuiq; tribuere, § 3. *Instit. de J. J.* Illa inquam disciplina non potest non esse Practica.

V. Prudentia vero ex communi eruditorum Schola dupliciter ut plurimum accipitur; vel prout singulis tanquam privatis præscribit, quid sit agendum inde privata & Aristoteli *φρόνησις* dicta, vel prout actiones morales ad *εὐπραξίαν* dirigit, præscribens quæ communi ac publico bono totiq; adeo civili societati concilient felicitatem; ob id Publica, *πολιτική* seu civilis nuncupata, vid. Aristoteles VI. *Eth.* 5. 8 Hubert. Giphanius *in d. 6. Eth.* 8. Horneius 4. *Eth.* 3. *n.* 5. Michael Piccart. *Isag. in lection. Aristote.* 18 19. prior non est hujus loci.

VI. Ci-

VI. Civilis prudentia iterum dispescitur in *legislatoriam sive ἀρχιτεκτονικὴν*; quæ totam reip. gubernationem in manu habet, inq; suprema residet majestate. Vid. Grotius *lib. 1.c.* III. § 6. de J. B. vel *deliberativam βουλευτικὴν* seu consultatricem, quâ quid reipublicæ utile sit nec ne consulatur; vel deniq; *judicialem seu δικαστικὴν* quæ versatur circa res controversas, quas secundum jura dirimi publicæ quietis interest, *vid. præter c. c.* Bœclerus *ad d. Grot. loc.* Struvius *d. tr. exerc.* 1. *n.* XI. Quamquam de sensu Aristotelis circa artem ἀρχιτεκτονικὴν βουλευτικὴν καὶ δικαστικὴν non meum heic sit disquirere.

VII. Prudentias hasce, etiamsi agnoverimus ita conjunctas, ut in unum sæpè eundemq; non secus cadant hominem, quam si qnis simul sit agricola, miles, & artifex. Magis tamen est, si ad δικαστικὴν referendam esse juris prudentiam ex magno eruditorum assensu statuamus. Sic enim vetus sapientiæ antistes, prudentiam circa δικαιοσύνην δικαστικὴν separat â συνέσει πολιτικῇ, 4. Pol. 4. Quanquam altera harum vix commodè altera destituitur, ejusdem enim sunt naturæ, nisi quod ratione diversi objecti distingvantur.

VIII. Id absq; omni dubio voluit vir magni judicij, Dn. Bœclerus, dum ostenso contra Bodinum in de Rep. vitio Politicam cum jure confundendi in hæcce erumperet verba; *De Cætero optandum fuerit, ut ii, qui reip. & negotiis studia sua destinarunt, de conjungendo cum Politica, præsertim Jurisprudentia univcrsalis usu, & pro civitatis institutis & administrationis publicæ moribus, etiam jure civili serio sibi cogitandum existimarent*, in præf. ad *H. Grot. p. m.* 24. Adeo ut Piccartus *ad lib.* 4. *Polit. Aristot. c.* 4. ostendat, neminem hodie esse posse perfectnm Politicum, nisi etiam tertiam ac potissimam civilis prudentiæ partem nempè δικαστικὴν possideat. Neq; enim in foro tantum, sed in republ. versanti plurimum expedit quin sæpè & necessarium est, leges ac mores nosse. *Hæc est scientia quæ Gallus Cancellarios, dat & custodes sigillorum, tot ipsa parlamenti lumina hac præcipue parte censentur*, ceu loquitur Grotius, in Epist, 127. ad Gal-

Ios. Summa itaq; ope & *alacri studio has leges meas* (inquit impe- rator) *accipite, & vos metipsos, sic eruditos ostendite, ut spes vos pulcherrima foveat, toto legitimo opere perlecto posse etiam remp. in partibus vobis credendis gubernari.* Procem. *Inst. ad fin.*

Memb. Tertium.
Jurisprudentiæ genium in suo fine justitia investigans.

I. Finis Jurispurdentiæ varius, maximus salus publica & justitia & quidem particularis universali mixta. Quod probatur ex fine reipubl. officio Regis, authoritatibus legum Rom. ac suec. παρέργως declaratur non sufficere juris natura prudentiam idq. ob juris N. generalitatem, hominum contumaciam, judicium corruptelas auctoritatib. ll. Rom. & suec. ll. finis proximus indigitatus, & singulari capiti reservatur.

JUrisprudentiæ fontes ὡς ἐν τύπῳ ex præcipuis ejus maximeq; obviis denominationibus sic sanè breviter adumbrasse sufficiat. Superest, ut omnium primo, ad normam ordinis Analytici, qui non tantum in disciplinis ceteris practicis : sed in ipso etiam jure receptus approbatusq; videtur : Naturam Jurisprudentiæ ex suo fine, qui hujus veluti anima est, pensitemus ; quo deinceps subjecto principiis ac mediis cognitis, eo melius in interiorem ejusdem notitiam penetremus. Finis Jurisprudentiæ, ex mente &c. sententia celeberrimorũ ICtorum est duplex, *Remotus* & *proximus*. Remotus iterum vel *Ultimus*, salus publica, § *Ult. Instit Proœm.* vel *intermedius*, nimirum justitia, de qua statim. *Proximus*, est ipsa juris ad actiones singulares applicatio. In qua proprium jureconsulti munus consistere videtur, ut suo infra loco est probandum.

ARTICULUS Primus.

De

De Jurisprudentiæ natura in fine intermedio quærenda.

JUstitiam ejusq; exercitium, jurisprudentiæ finem agnoscit uno ferè ore totus ICtorum senatus, non per juris saltem expressos textus *in d. l. 1. § 1 ff de just. & J. vers. Justitiam namq; colimus, & l. 6. § 1. verb. aliud nihil in judiciis quam justitia C. de appellat:* Sed & argumenta alia. De fine namq; ultimo, felicitate scilicet civili, cum non sit jurisprudentiæ proprius & specialis in præsenti nihil dico. Scilicet, hoc mihi persvasissimum sedet : ipsi huic justitiæ excogitatam primum inventamq; fuisse disciplinam juris, & ut eo convenientius per legitimos tramites calumniantium iniquitates, dicente imperatore, expellerentur, *vid. proœm. instit. J. princ. Constit. de Justin. C. confirm.* Quo respicere videntur initialia pandectarum verba, *l. 1. pr. ff. de J. J. Juri operam daturum prius nosse oportet, unde nomen juris descendat. Est a. a justitia appellatum.* h. e. Justitia est vox denominans, quid sit justum, & quo collimare debeat jus & jurisprudentia. scilicet, Ulpiani collectio talis est : ars omnis â fine & objecto quod tractat, denominanda : jus est ars boni & æqui & consequenter justitiæ; Est igitur jus â justitia appellandum, veluti â fine suo, *vid. Struv. d. tr. Exerc. 1. n. 41.* Gothofr. ad *l. 1. ff. de. J. J.* Magis tamen est, ut finem jurisprudentiæ in vero potius justitiæ exercitio & administratione, quam nuda aliqua ejus (si modo dari queat) possessione positum existimemus. Quod & ipsi jam antea citati juris textus innuere videntur.

II. Cæterum, cum *Justitia* alia sit *universalis*, *particularis alia*; & hæc rursus vel *commutativa* vel *distributiva*, *Arist. V. Eth. 1. 2. Horn. lib. 3. Eth. XI. § 22.* Ardua sanè se discutiendam quæstio offert; si modo rectè in naturam Juris & suo fine inquirere voluerimus : finis ejus, *sit ne justitia universalis anve particularis, vel particularis universali mixta?* Ab utraq; parte, multa profectò speciose & subtiliter disputari possunt. Meam tamen ipse cum instituti &

temporis mei ratio vix permittat omnia adducere, statim interpono sententiam, ipsis legibus haud disconvenientem ; Non solam scilicet particularem, sed & universalem Justitiam esse Jurisprudentiæ finem,

III. Quia (1) ut leges non intendunt solam particularem sed utramq; Justitiam, Actiones ad commune bonum ordinando, *Arist.* 5. *Eth.* 2. Ita & utraq; erit finis prudentiæ interpretandi leges. (2.) Quia rerum divinarum humanarumq; dispositio quædam, vel ut loqui amant Theologi, sanctæ utriusq; tabulæ custodia, regibus & alijs qui τὸ κῦρος in aliqua obtinent civitate, concredita, omnium clarissimè evincit, non unius saltem virtutis materiam legibus sufficere publicis , *vid. lex.* 1. ¶ 1. *C. de vet. Jur. Enucleand. verb. legum auctoritas*, *l.* 10. § 2. *de I. I. l.* 2. *ff. de ll.* (3) Pro hac etiam sententia ipse Imperator pugnare videtur, *N.* 69. *in pr. per* verba : *unam quidem esse omnium perfectissimam virtutem arbitrandum est hominibus , quæ jura omnibus distribuit, hæc est ex causa cognominata justitia.* Quod de nulla est alia , quam universali intelligendum, *vid. l.* 1. § 1. *vers. bonos &c. efficere, l.* 10. §. 1. *honeste vivere.* ¶. 3. *inst. de I. I.* Et qui quæso aliter Chrysippi verba intelligi possunt, quæ ICtus Marcianus affert *in l.* 2. *ff. de ll.* Non enim lex πάντων βασιλεύς θείων τε, καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων neq; προστατικὸς ὧν ποιητέων, ἀπαγορευτικὸς δὲ ὧν οὐ ποιητέων dici mereretur , nisi exercitium aliarum quoq; virtutum, quantum quidem fieri in civili vita possibile , sibi curæ haberet. Et v. si legibus ac legum latoribus proposita sit universa virtus, ut sanè est, *vid. In. Horn. lib. IV. Eth. III. n. XXXII.* etiam legum scientiæ & ICtis eadem proposita erit, neq; enim minus latè patet officium ICti in legibus interpretandis, quam legislatoris in sanciendis : totoq; falluntur judicio, qui officium ICti cancellis forensium causarum circumscribunt, ut loquitur cl. D. Vinnius in Comm. Inst. p. 2. (4.) *exemplis*, quod diximus, non ex jure Cæsareo veteri & novo tantum ; Sed & suecano evidentissimè, probari potest, Adeò, ut leges Romanas Suecanasque ad justtiam

tiam tantum particularem exigentes, te ostendant ipsa, quam utriusq; sint justitiæ ignari.

IV. Hasce XII. Tabb, leges, ut ex Ciceronis libris de LL. excerptæ sunt: *Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito: Rogum ascia ne polito, mulieres, genas ne radunto: neve lessum funeris ergo habento: Justa duella juste gerunto*, & quæ longa serie enumerari possent aliæ, quis soli adjudicaverit particulari justitiæ? Sic constitutiones imperatorum circa sacra; De *summa Trinitate & fide Catholica*: De *sacrosanctis Ecclesiis*: de *hæreticis & Manichæis*: ne *sanctum Baptisma iteretur*: de *paganis, sacrificiis, & templis*, *certis omnes* titulis in Cod. justinianeo expressæ, quo quæso spectant? sic leges de fortitudine, frugalitate, castitate conservanda latas nemo omnium ad particularem tantum justitiam pertinere facile dixerit.

V. Quod de jure diximus Romano, idem heic de legibus & Jurisprudentia quoq; suecana statuendum arbitror, vid. E. G. c. 4. **son. B. c. 1. princ. fyrd. c. 8. gifft. B.** c. 7. eod *Sl. Fl.* 8. § 1. *O G B.* nec non infinita ferè loca alia, variaq; varijs temporibus, evulgata Edicta Regia de *conservatione religionis*: de *hæreticis vitandis*: *templis ædificandis*: *privilegiis Clericorum conservandis*: *Solemniorum precationum festis diebus rite celebrandis*, & id genus alia. Quæ tamen nemo particularis saltem esse justitiæ dixerit, sed de hisce satis.

VI. Antequam hinc digrediar ad alia, παρέργως saltem ad Jurisprudentiæ nostræ naturam eo melius explicandam, declarandum est: non mundo prorsus sufficere jurisprudentiam universalem, etiamsi sint qui existimant, prater jus naturale non maximopere opus esse disciplina juris alia. Fatendum sanè, communia liciti & illiciti principia hominibus natura esse indita veluti. Erga DEUM Religio: Ut parentibus & patriæ pareamus, *l. 2. ff. de I. I.* ut vim atq; injuriam propulsemus *l 3. ff. d. t.* Audiamus etiam svadam nostram pro Milone: *Est hæc non scripta, sed nata lex quam non didici-*

dicimus, accepimus legimus, verum ex natura ipsa hausimus, expressimus ad quam non docti, sed facti, non instituti sed imbuti sumus. Fatendum enim *divinas quidem res perfectissimas esse, humani vero juris conditionem semper in infinitum decurrere,* const. *tanta* §. 18. *C. de v. j. Enucleando Vid. cl. Dn. Bœclerus ad Grotium proleg. p. m.* 53.

VII. Verum enimvero, perversi mortalium animi, ad rectæ rationis dictamen, sic sanè sæpè obsurdescunt; Ut ad mala qvam bona, injusta qvam justa sectanda longe deprehendantur proniores. Quo oculum omninò intendunt emphatica juris antiqvi verba: Hva aghalös lefwer of lagha / han hederlöös döör. h. e. qvi sine legum vivit timore, sine vitæ moritur honore. *vid. præf. ll. H, ll.* Ut ex adverso, nulla esset opus lege si omnes essent justi: Varin allir rettwisir/tha thurfti en lagha *hwid. præf. ll. upll.* Hinc est, inqvit Rex Theodoricus, *quod legum reperta est sacra reverentia ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu*: hinc leges sacratissimæ Valentiano & Marciano Imperatoribus, *hominum constringere vitas dicuntur, in l. 9. C. de ll add. l. 176. ff. de R. J.* Hinc regulam quoq; XI: XV. Jud. in Codice LL. nostrarum, explicari posse reor: Willia vf vald är icke landzrätt: Man egher lag of en slagh med andrum hava/ c. 38. Dräpmed Willia/ ll.

Omnium verò clarissimè hoc ex præfatione decretalium Gregorii IX. papæ & confirmatione legum nostrarum Christophori regis, qvæ ex dicta papali præfatione verbotenus fere transscripta est, constat: *Effrenata cupiditas, sui prodiga, pacis æmula, mater litium, materia jurgiorum, tot quotidie nova litigia generat, ut nisi justitia conatus ejus sua virtute reprimeret, & quæstiones ipsius implicitas explicaret, jus humani fœderis, litigatorum abusus extingueret & dicto libello repudii concordia extra mundi terminos exularet. Ideoq; lex proditur, ut appetitus noxius sub juris regula limitetur, per quam genus humanum, ut honeste vivat, alterum non lædat, jus suum cuiq; tribuat, informatur.* Qui locus

locus multa habet egregia & notatu digna. Quid! quod in tanta diversissimorum casuum, in vita civili occurrentium congerie (quæ altera admonitio est) non semper percipere possumus mortales, quid rectæ rationi conveniens sit, quidve secus, vel langvide admodum ac fluctuanter percipimus. Præsertim verò in conclusionibus ex principiis primis deducendis error committi potest. Adeo ut docente Horneio: *Præcepta juris naturalis observari invita nequeant, nisi particulares nonnullas dispositiones ratio humana addat*, 4. *Eth.* 3, *n.* 30. Exemplis rem illustrat, de furto, jure quidem naturæ prohibito, *l.* 42. *ff. de verbor. Sign.* § 2. *Inst. J. de oblig. quæ ex del.* Pœna tamen non expressa: De licita testamentaria dispositione, § 14. *cap.* 6. *lib.* 2. *Grot. de jure belli*; numero tamen testium, non edito, aliisq;.

VIII. Ast, ne in re prorsus clara sim prolixus, paucis me expediam; Asserens: necessitatem legum civilium, nostræq; adeo jurisprudentiæ probari vel ob juris naturalis generalitatem, vid exempl. *in l.* 31. *ff.* depositi: vel hominum contumaciam & iniquitatem, ut quoq; probatum: vel judicum corruptelas, *vid. Const. Tant. de vet. jur. Enucl.* §. 17. vel negotiorum varietatem & multitudinem, quæ tanta est, ut vel interpretatione vel certe jurisdictione sit discutienda, *l.* 11. 12. 13. 17. *ff. de ll.* Unoq; verbo, de necessitate jurisprudentiæ nostræ ad jus naturale comparatæ ut concludam, probatur illa, *propter ipsam justitiam*; l. 1. § 1. de I. I. Qua de re, si placuerit Demostenis oratoris & Chrysippi summæ Stoicæ sapientiæ Philosophi auro contra chara judicia *ex l.* 2. *ff. de ll.* cum selectissimis qvibusdam antiqvi juris Uplandici, Vesmannici, Helsingici locis & sententijs conferre; deprehendet sanè Ulterius potest, quanti pretij, quantiq; ponderis res sit, quam suis vigiliis, sua interpretatione alma hæc & sanctissima Jurisprudentia fovet. Scilicet brevissimè dicam lex est, *quam fovet, justitiam intendens, ipsa ex præceptis natu-*

ralibus, Gentium & civilibus collecta. Quæ omnia ex alibi afferendis data occaſione reddam clariora. Audiamus iccirco heic de lege diſſerentem Demoſtenem. Græca ſvavius ſonant: Τοῦτό ἐστι νόμος, ᾧ πάντας ἀνθρώπους προσήκει πείθεσθαι διὰ πολλὰ καὶ μάλιστα, ὅτι πᾶς ἐστι νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον Θεοῦ, δόγμα δὲ ἀνδρώπων φρονίμων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων &c. Chryſippi in latinum verſa ſic habent: *Lex eſt omnium divinarum ac humanarum regina. Oportet eam eſſe præſidem & bonis & malis, & principem & ducem eſſe. Et ſecundum hoc regulam eſſe juſtorum & injuſtorum.* Verba legum Uplandicarum eodem reſpiciunt. **Lag ſkulu wara ſkipat ok ſatt allmänni til Styrſl / bådhe rijkum och fatökum / ok ſkiål mållum rått ok orått** & quæ ſeqvuntur, *Præf. LL. Vpll. ad præf. ll. Helſ. & LL. VVeſm.* Neceſſarium proinde eſt, eſſe aliquem (dicente ſummo Philoſopho) qui jus dicat ac decernat, 4. *Pol.* 4. immò qui id etiam rectè (quod addo) interpretetur, *vid. l. c.* 11. 12. 17. *ff. eodem.* Quanquam interpretatio facti ſæpe etiam prudentiſſimos fallat, ut eſt *in l. 2. ff. de juris & fact. ign.* Multò vero minus, in tanta poſt lapſum pravitate humanæ mentis innatum illud lumen rationis mundo perverſo ſufficere dicendum eſt: niſi poteſtas aliqua accedat, effrenem voluntatis ad mala pronæ licentiam cohibens; ad eaq; quæ ſpontè agere debebamus propoſitis pœnis ac præmiis nos quaſi cogens, *l. 1. §. 1. ff. de I. I.*

ARTICVLVS Secundus.

Jurisprudentiæ indolem in fine proximo exponens.

PRoximum Jurisprudentiæ finem, in recta juris ad actiones civiles ſingulares applicatione, inq; hac Icti proprium conſiſtere munus, ſupra paucis dictum eſt. Neq; enim putandum eſt, Ulpianum in d. l. 1. aliud voluiſſe, dum eos juſtitiæ tantum ſacerdotes appellet commendetq; qui *æqvum ab iniquo ſeparare, licitum ab illicito diſcernere* ſciunt voluntq;, vel Pomponiū, cum *interpretationis prudentum,*

&

& *interpretandi scientiæ* mentionem faciat, *l. 2. § 5. & 6. ff. de O. I.* vel julianum in hæc erumpentem verba; de his quæ primo constituuntur, *aut interpretatione aut constitutione principis certius est statuendum, l. 11. add. l. 13 18. 25. ff. de ll. vid. Reg. Jud. n. 8. n. 25.* Quò etiam sensu judicem optimè, δίκαιον ἔμψυχον dictum fuisse Aristoteli meminimus, 5. *Nichom. 7. III. Pol. II.* vid. Konung. Styrelf. 4. fl. part 4. Sed cum in hac recta Juris applicatione per plurima notatu dignissima sese offerant, Jurisconsulti partes multo maximas declarantia; e re esse nostra videtur, hanc rem peculiari capiti reservare quod de Jurisicti munere inscripsimus.

Memb. Quartum.
Jurisprudentiæ naturam suo in subjecto & principiis considerans.

I. Subjectum, actiones quatenus justæ, etiam divinæ, sed non omni sensu, etiam publica, etiam privata; unde Jus publicum & privatum. Vtriusq; conditio veteris & novi. II. Jus variè dividitur cum Ictis tamen facimus, Jus naturale gentium civile obiter explicatur Jus civile vel confirmat naturale vel ei aliquid addit vel detrahit. Scriptum non scriptum in imperio Romano & Svec. mutabile immutabile.

ARTICVLVS Primus.
De subjecto seu Actionibus.

DE subjecto inhæsionis, homine videlicet & intellectu hominis, qui hoc habitu vel est vel esse debet, instructus, non est quod heic agamus. Illud namq; esset ἀλλότριον Subjectum proinde operationis (Res Divinas humanasq; nostræ facimus considerationis, in quod jurisprudentia finem suum, ipsam nempè justitiam conatur introducere, *l. 10. §. 2. ff. de I. I.* §1. *Inst. eod. l. 2. ff. de ll.* seu quod idem, Actiones hominum morales, quæ in societate aguntur; non

quà tales, sed quatenus in iis quæritur, quid justum quidve injustum, vid. Dn. Sutholt *diss. 1. Inst. n. 32* Dn. Struvius *in d. tr.* Exercit. 1. n. 40. Et hæc est, ut puto causa præcipua, quare jurisprudentia non simpliciter definiatur: *Rerum divinarum atq; humanarum notitia*, sed addito considerandi modo *Justi atq; injusti scientia*, l. c.

II. Rerum divinarum notitia, Ulpiano non sine causa Jurisprudentia dicta est, vel propter jus publicum Divinum, quod in rebus sacris & sacerdotibus consistit, *l. 1. §. 2. ff de J. J.* vel qvod legum auctoritas divinas humanasq; res bene disponere dicatur, *l. 1. §. 1. de veteri* jure Enucl. Quin & juris divini humaniq; scientia olim sub collegio Pontificum erat conjuncta, quod ex Valerio, Tacito, Macrobio, Gellio, Festo, Cicerone alijsq; antiqvorum monimentis egregiè ostendit Dn. Gothofred. *ad l. 10. ff. de J. J.* Quid! qvod vel prior Codicis Justin. liber, & tot deniq; *de fide*, de *quatuor sanctis conciliis*, de *sacris mysteriis*, in *privatis domibus non peragendis*, *de litaniis*, Novellæ: *tot de Sanctis Ecclesiis, de Episcopis & Clericis Archiepiscopis & Patriarchis, metropolitanis, hæreticis, Samaritanis & Judæis*, Constitutiones, id evidentissimè demonstrant. Qvod de Jurisprudentia etiam Svecana, per varios legum articulos supra, sed occasione alia, probatum dedimus, haud sanè aliter qvo ad hoc ordinata, qvam de legibus XII. Tabb. hisce versibus concludit Ausonius: *Jus triplex, tabulæ quod ter sanxere quaterve; Sacrum privatum, populi commune quod unquam est.* Ut vel hinc facile percipi possit, qvantæ sit alma Jurisprudentia amplitudinis ac præstantiæ, Immò nullum penè in pretio habitum fuisse antiqvis JCtum legimus, qui non jura divina juxta & humana cognitione esset amplexus. Vid. Brisson. 4. Select. ar. Antiquit. 6.

III. Rerum divinarum notitiam, non ita heic explicandam existimamus, ut in Evangelio exponitur: Sed saltem, ut inter homines externa legum cura, res divinas comprehendi, societatis civilis interest. Vid. præter text. cc. Mynsingerus *in Scholiis ad § 1. Instit.*

de

de I. I. Schneidevin. *ibid. &* Struvius *d. tr. exerc.* 1. *n.* 41. Versatur quoq; Philosophia practica circa Actiones humanas morales, easq; victuri ac justitiæ conformes reddere cupit; Verum illa per crebras saltem actiones proæreticas habitum virtutum inducere satagit, dum leges, quæq; leges interpretandi prudentia est, virtutem quandam adhibent externam, jussis suis, præmijs ac pœnis ad justitiam colendam cives vel assvefaciendo vel saltem ab injuria tutos præstando, *l.* 1 §. 1. *bonos ff de I I.* Et hæc est uniuscujusq; legislatoris voluntas: Qvi vero id non bene efficiunt, peccant, atq; in hoc bona respublica à mala differt. Ut proinde Jurisprudentia, non ad mentem qvorundam, obedientiam tantum intendat externam; sed multò magis internam. Etiamsi enim legislator, qvod in mente latet, notare haud possit, *l.* 18. *ff. de pœnis*: Dispositione tamen & coërcitione sua, justos & bonos intendit efficere cives *d. l.* 1. *ff. licet* hunc forte finem *in* quovis non asseqvatur cive, ut fere loqvitur Struvius *d. tr. Exerc. n.* 42. 4. τὸ formale proinde heic attendendum ne qvis existimet Jurisprudentiam omnium esse artium circulum, seu encyclopœdiam qvandam. Id vero, sive in rebus divinis, sive humanis, nihil esse aliud quam quatenus quid justum, qvidve injustum sit, vel ut loqvitur Ulpianus: æqvum vel iniqvum licitum vel illicitum, *l*, 1, § 1, *ff. de I. I.*

IV. Et quoniam actiones civiles ita consideratæ, vel publicum civitatis statum, vel singulorum respiciunt personas res & facta. Hinc jus de illis actionibus aliud publicum, aliud privatum, & Jurisprudentia alia publica, alia Jurisprudentia privata. Id namq; innuere voluit imperator cum hujus studij duas esse Positiones, i. e. duas partes & species, diceret, circa quas totius disciplinæ civilis tractatio versatur, *l*, 1, § 2, *ff*, *de Just. & I* Struv. c. *l. &* Paul Fuchsen in Tab. Jur. 1.

V. Jus publicum qvasi populicum, in thesi est: Quod ad statum alicujus reipublicæ pertinet, § *Ult, inst, de I, I, l.* 1, §, 1, *ff*, eodem, hoc

eſt, explicante Dno. Feldeno, qvod *continet præcepta , ordinationem & diſpoſitionem civitatis & imperii in ſalutem ejus concernentia*, fundamentum in Iuſtitia diſtributiva collocans, parr. 4. Elem. l. 1. c. 1. n. 6. *Ad ſtatum vero pertinere*, eſt ad ea, ſine qvibus reſpublica ut conſtituta eſt, ſtare & conſervari neqvit, Limneæus Enucl. lib. 1. c. 1.

VI, Publicum Jus Romanũ in hypotheſi, olim in ſacris, in ſacerdotibus in magiſtratibus conſiſtere dicebatur, *l*, 1, §. 2, *ff*, *de I. I.* Non qvod hæc ſola eſſent juris publici capita , ſed qvod horum ordinatio etiam mutatâ reip. forma permaneret, ceu putat cl. Feldenus parte 5 *Elem J, t*, 3, *m*, 1, *p*, *m*, 987. Ob qvam etiam ſtatus variam mutationem pauca juris publici memoriæ fuiſſe prodita d, l, exiſtimat. Hodie vero jus publicum Romano-Germanicum, ut neq; ex antiqviſſimo illo Romanorum publico jure neq; ex illo unice, qvod in lib. 1. & tribus poſterioribus Cod. lib. exſtat addiſcimus; vid. Ampliſſ. Dn. Conringius *ad Tacit. de moribus Germ.* Ita ex Aurea Bulla Caroli IV Capitulationibus Cæſareis, Receſſibus imperij pacificatione religioſa; & imprimis Pacificatione Osnabrugenſi ac Monaſterienſi, nec non conſvetudinibus publicis potius hauriendum eſt : vid. Epiſt prælim. *Dn. Paul. Fuchſen ad Illuſtrem Dn. Ottonem l. Baron. a. Schwerin.* Ita ut hinc facile conſtet, qvam publicum antiqvum majoris per Germaniam eſſe auctoritatis & uſus Jus Cæſareum privatum. Non lege tamen regia, ut ſcribit Ravardus, 5. *Var.* 12. Sed alia potius reipubl. forma ex uſu rerum introducta paulatim ſublatum eſt, vid. Veſembec. *ad tit.* 1. *ff. l.* 1. *n.* 7. Quod ignorare niſi hiſtoriarum & legum antiqvarum penitus imperitus nemo poteſt.

VII. Jus Publicum Svecanum, ex jure Regio, legibus fundamentalibus, nempe *unione Religionis*, c. 4. §. 1. Konungzb. alijs alijsqve temporibus, conſtitutionibus roborata publicis ; *Vnione hæreditaria* â tempore Regis Guſtavi prim. ſub nullo fere non Regum pluries confirmata, *Capitulatione*, c. 4. Kon. *ll.* *Homagio* cap. 5. cod. nec non

ex

ex forma Regiminis, Recessibus, decretis Comitiorum belli ac pacis Jure peti ac colligi potest. Cujus rei egregium specimen nobis haud ita dudum reliqvit consultissimus b. m. Dn. Loccenius *in Synopsi Juris publici,* ostendens jus etiam publicum in Academijs rectè doceri ac explicari posse. Quam sententiam nos qvoq; sic adeo non improbamus; ut ultra professionis suæ terminos Doctores Juris haud evagari existimemus; qvando jus publicum modestè interpretantur. Vid. Limneus Enucl. l. 1. c. 1. n. 5. 6. 7. Dn. Joh. Philipp. Usus pract. ad § Ult. Inst. de I. I. vetus modo proverbium ex Epistola Imperatoris Antonini Ulpiano laudatum observetur: οὔτε πάντα, οὔτε πανταχῆ, οὔτε παρὰ πάντων. *Neq; omnia neq; quovis tempore neq; ab omnibus l. 6. §. 3. ff. de off. pro Cons.*

VIII. J*us privatum est, quod ad singulorum utilitatem principaliter spectat, c. l. 1. § 1. ff. de I. I.* Notandum obiter non heic jus dici privatum, qvasi non publice constitutum vel non publice esset utile: sed ratione objecti & finis, qvod privatim ac principaliter ad cujusq; civis rem, famam, vitam pertinet; Ut contractus, tutela, testamenti, factio, injuriarum vindicatio. Notandum qvoq; hanc διχοτομίαν juris publici & privati, illis improbari, qvi vel ex mente Ciceronis & Ausonij tres potius juris species, divini, Publici, privati: vel si διχοτομία omnino arrideat, juris tantum divini & humani ponendas censent. Ita tamen ut humanum, in *Publicum* statim, *Privatumq;* subdividatur. Verum tota hæc res, æqui judicij lima si perpendatur, ferè eodem recidit. Cum præcipue constet Ulpianum sub publico etiam *Divinum Jus* comprehendisse, *d. l. 1. §. 2. ff. de I. I. §. Ult. inst. eod.* Melioris etiam esse ingenij arbitror, veterum sententias diu multumq; probatas, sic commodam admittant explicationem retinere; quam promiscuo innovandi studio anxie nodum semper in scirpo quærere.

ARTIC. Secundus.
De Principiis.

Im

JUs privatum non solo constat jure positivo,sed ex præceptis *Naturalibus Gentium, ac civilibus* collectum est, *l. c.* 1. §. 2. *ff.* § *Ult. Inst. eod.* Quod vocabulum COLLECTUM, principia & fontes jurisprudentiæ nostræ innuit & exponit. Juris naturæ Jussa & regulas in jure Justinianeo privato sæpius inculcari ac pleraq; ejus jura apprimè Gentium congruere,nemo nisi planè omnium imperitus ignorat, nemo negat. Jus n. sive naturæ sive Gentium, communis omnium populorum fons est,unde hauriunt singuli,quod ad suæ civitatis mores accomodent,qvamvis id non uno omnes faciant modo, *vid l. 9. ff. de I. I.* leges vero Romanæ juris naturæ vestigia tam solicite legerant, ut ob singularem suam æqvitatem ac præstantiam,non in imperio solum Romano, sed alijs etiam Europæ terris, in magna habeantur auctoritate ad easq; sæpè, si controversia aliter dirimi neqveat, tanqvam ad ἱερὰν, seu sacram anchoram provocetur. Vid Arthor. Duck. *de usu & auctorit. Juris Civ. Rom in Dom. Christian.* Mœstert. *de just. ll. Rom.*

II. Cæterum, cum ICtus d. l. Jus publicum ex juræ naturæ Gentium ac civili collectum esse non adstruat, suborta multis hæsitatio est, qui id factum. *Rod. agricola lib. 2. de inventio Dialect.* Hoc sane nomine ipsum carpit Ulpianum,quasi reticentia illa, juri publico, veros principiorum detraheret natales. Cuiacius, celeberrimus ICtus Gallus, Publicvm neq; natvrale esse pvtat, cvm non pertineat ad bruta, neq; Gentium,cum non sit commune omnium gentium, neq; civile,qvod latius pateat, *in Parat. inst. §. ult. de I. I.* Nec Mynsingero, *ad d. §. ct.* Alciato 1. *Parerg.* 31. *id* tantum *esse ex præceptis civilibus*, contendentibus assentiendum est.

III. Nos in alia sumus sententia,existimantes Jus publicum perinde ac privatum,ex naturæ,Gentium ac Juris civilis fontibus recte derivari, licet Ulpianus poposito suo deserviens, soli privato, de quo erat præcipuè acturus, hanc divisionem accomodaret, ita ut Agricola præprimis ostendat,non se Ulpianum de fonte ipso sed à

rivulis saltem degustasse. Neq; tamen recte dixeris, jus naturale pro jure cum brutis communi acceptum, ut id specie tenus Justinianus & Ulpianus accipere videntur, juris publici esse vel principium vel causam. Quod & Baro, Vinnius aliiq; recte observarunt. Id qvod pluribus in seqventis explicabo Articuli parte.

PARS I.ma ARTIC: II.di

De jure naturæ & quod ex illo Jus etiam publicum sit collectum.

QUanqvam juris naturæ Ulpianea descriptio, qvâ jus naturale dicitur: *Quod natura omnia animalia docuit, pr. inst. de I.N. G. C. & l. 2. Basilic. & apud Hermenop. Procheir.* l. 1. tit. 1. repetita, meliorem jam dudum apud plerosq; eruditos meruerat interpretationem, omnino certos, animantia bruta, tam esse juris omnis expertia; qvam certum est, esse ἄλογα sive rationis expertia. Nisi qvod μιμήματα τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς, ut appellat Philosophus 9. *de Histor. animal.* 7. exhibeant. Non minori tamen figura carere videtur qvam si qvis cum Jvone Capucino Parisiensi, in opusc. *de simulacr. Virt.* Jus naturale ad alias qvoq; res, qvibus facultates aliqvæ â natura insunt vellet producere. Justitia namq; & aliæ virtutes, si brutis aliqvando tribuantur, fit illud impropriè & ex qvadam in ipsis umbra rationis. Vid. Grot. *de I. B. & P l. 1. c.* 1. §. *II.* Boecler. ibid. & sufficientissimè Seldenus *lib.* 1. *c.* 4. *&* 5. *de jure nat & Gent ad Disciplin. Ebræorum & passim alii.* Non ergo bruta alio sensu peritiâ juris censentur: qvam qvod faciunt ductu naturæ ea, qvæ qvando fiunt ab hominibus recta ratione utentibus justa dicuntur, ceu explicat *Felden. d. tr. p. m.* 987 vid. tamen Horn. *Eth 4. c. m. n. 21 p. m* 589.

II. Definitionem illam Ulpiani ita explicatam, meliorem qvidem admittere sensum dubito nullus. Cum omnis tamen accurata definitio carere debeat figura, multoq; magis è longinqvo petita; factum non sine causa credo: qvod ipsi ICti plurimi, iiq; gravissimi

non tantum, sed & Philosophi præstantissimi, ab eadem sibi receden dum, jure existimarent; contenti illa Juris naturalis seu acceptione seu definitione, qvæ prima veluti fronte homini, nulliq; præter hominem se insinuat ac jure abscribi potest. Qualis Exempli saltem loco isthæc: *Jus naturale est Regula recta rationis, indicans, quo modo se homo gerere debeat erga DEum, proximum & semetipsum, vid. Vinn. ad c. l.* Ut proinde ex jure naturæ propriè accepto, non deducta solum communia principia practica DEUM esse colendum, parentes honorandos, honestè vivendum; Sed etiam conclusiones per evidentem ac necessariam illationem agnoscamus. Quam variè a. jus naturæ, sive propriè, sive reductive vel abusivè accipitur, explicat in eodem cap. Grot. 9. 10.

II. Ulpianea iccirco Juris Nat. definitio intimius & non qvoad sensum saltem literalem inspecta, Non tantum sanè præsidij illorum obtendet sententijs, qvantum opinantur, qvi ejus ope juris publici originem præceptis naturalibus deturbare student, ansam potius subministrans, fontes Juris publici in præceptis juris naturalis investigandi. Adeò ut prorsus frustra sit, aliter sentire. Nam qvod DEus religiose coli; qvod imperandi parendiq; ordines constitui; Magistratusve creari debeant, qvid qvæso est, (cetera ut preteream exempla) si non juris publici & qvidem ex jure naturali orti, l. 1. ff. de I. & I. 1. 12. eod. Arist. 1. Polit. 2. Quid! qvod jus publicum, ex præceptis esse gentium pro jure naturæ acceptis alio loco egregiè Cujacius asserit, in *Comm. ad l. 5. ff. de Pact.* Mynsingerus proinde, jus publicum ex præceptis fluere civilibus contendens, exiguam meretur fidem. Nam præter qvam qvod constet, id ex præceptis esse naturalibus: etiam evinci potest, Romanos multa à gentibus & plerisq; Hetruriæ & Italiæ populis vel mutuatos fuisse, vel alias cum ijsdem alijsq; communia habuisse gentium instituta. Veram iccirco illam putamus sententiam: non solummo-

do

do privatum, sed jus etiam publicum ex præceptis Natura, libus Gentium ac civilibus esse collectum, Immo necessitate & utilitate ita postulante colligendum. Id qvod per partes ex nomothesia cum Romana, tum Svecana aliarumq; Gentium esset deducendum, ita si esset opus. *Vid. tn. Limn. Enucl. lib.* 1. *c.* 1.

PARS II:da ARTIC. II:di.

De ceteris Juris Specibus, inprimisq; Jure Gentium.

ANte qvam hinc nos conferamus ad alia, ratio ordinis postulare videtur, ut paucis de ceteris qvoq; Juris Speciebus dilleramus. Gajo l&o, duo tantum juris genera probata videntur: *Commune* & *Proprium* per verba: *Omnes populi, qui legibus aut moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium Gentium Iure utuntur, l.* 9. *ff. de I. I.* §. *Jus autem instit. eod.* Neq; Philosophi plura, qvam *Naturale* & *Positivum* agnoscunt, vid. Arist. 1. Rhet. 15, 18. Horn. 4. Eth. III. 11. 30. Juris partitionem optimam censet Grotius, *Naturalis* & *voluntarii*, l. 1. c. 1. § 9. d. Tr. hoc iterum dividens in *Voluntarium Divinum* & *Humanum*, *humanum vero* vel *in civile* vel *latius patens*, ut jus Gentium, vel *Arctius* ut præcepta patria ac dominica: *Divinum in Vniversale*, datum humano generi, vel *Particulare* uni populo. De qvibus vid. tn interpretes, & præcipue, d. l. Seldenum c. 8. Non enim libenter in aliena transcurrimus castra. Ulpianus autem in l. e. qvem seqvitur Justinianus, tria juris genera ponit: *Naturale, Gentium & Civile.* Id solummodo tenendum, voluntarium illud jus, vel communem hominum in civitate viventium utilitatem necessitatemq; vel propriam unius rei publicæ respicere, Id jus Gentium, hoc civile appellari solere.

II. De JURE Gentium triplex ut plurimum, sentiendi loqvendiq; ratio est, utiliter monente Dn. Bœclero *lib.* 2. Com. ad Grot. 2. c. 5. (1) *Vt est Gentium aliquo usu humanitatis excultarum plerarumq;*

neq; à Jure naturæ longe discedit, (2) *Vt est plurium gentium jus civile potius quam proprie jus Gentium.* (3) *etiam mores & facta potius, quam jus multarum gentium notat;* Quamvis illi mores juris nomine prætexantur. In jure Cæsareo duplex qvam maxime freqvens, hujus juris acceptio est, (1) *Pro Jure naturæ Proprie dicto, l. 9. ad fin. ff. l. 1. §. 4. l. 2. 3. eod. de Just. & I. §. 1. vers. quod naturalis inst. eod. § 11. inst. de rer: divis,* Hoc jus gentium primarium interpretibus dicitur (2) pro eo, qvod ἐξ ὑποθέσεως *usu scilicet exigente & humanis necessitatibus, gentes humanæ sibi constituerunt, § 2. Inst. eod.* ἐμπειρίᾳ καὶ χρόνῳ Dioni Chrysostomo, alias secundarium dictum, vid, Struv. *d. tr. exerc. 1. p. 28. n. 54.* Hanc juris Gentium distinctionem acriter in ceteris impugnat Corasius, lib. 6. miscell. c. ult. ut abesse qvoq; vocibus juris naturæ & Gentium proprie sumptis, omnino potest, qvamqvam docendi causa, ut retineatur multa svadere videntur. Vid. Dn. Suth. in Diss. Inst. *l. p. m.* 42. *n.* 55. Vinnius Comm. *ad* §. 1. 2. *Inst. de I. I.*

PARS III. ART. II. di

De Jure Positivo seu Civili.

Jus deniq; civile certæ alicujus reip. utilitatem præcipue intendens, *est quod quæq; civitas jus imperii habens sibi constituit.* § 2. *inst. eod. vel ut est in c. jus civile dist.* 1. *Quod quisq; populus vel quæq; civitas sibi proprium divina humanaq; causa constituit. Juris ergo Civilis intentio,* est salus suæ reip. qvam ut obtineat, addit sæpe detrahitq; aliqvid naturæ & Gentium juri. *l. 6. ff. de I. I.* Id vero ut intelligatur ac simul manifestum fiat, qvænam Juris positivi ad jus naturæ relati vis sit & efficacia, (est enim ea notitia ad res multas plurimi) nonnulla heic videntur repetenda. Audiamus præprimis Ictum in c. l. ea de re ita loqventem: *Jus civile est, quod neq; in totum à naturali vel gentium recedit, nec per omnia ej. servit: itaq; cum aliquid addidimus vel detrahimus Juri communi, jus proprium id est civile efficimus.* Ad. *Eccl. Basil.* 1. 14. Quod bene quoq; observavit Grotius de hac Juris

civi-

civilis virtute ita differens : *Lex civilis, quanquam nihil potest præcipere, quod jus naturæ prohibet aut prohibere, quod præcipit : potest tamen libertatem naturalem circumscribere, & vetare quod naturaliter licebat, lib. 2. de I. B. c. 2. §. V.*

II. Tria potissimum sunt, quæ civilia jura circa jus naturæ posse dicuntur; *Confirmare, addere, detrahere,* qvanqvam duorum tantum in cit. l. fiat mentio. (1) *Confirmant,* cum sine determinatione civili, opinio nostra de juris nat. dictamine in hac illave circumstantia esset infirma & fluctuans. Quo sensu, cum de Jurisprudentiæ nostræ necessitate supra ageremus demonstratum ivimus : *universalem Juris naturæ prudentiam non penitus sufficere.* Cap. 1. m. 3. n. 7. vid. exempla, *in l. 125. ff. de R. I. C. XI. de Reg. I. in 6. c. 43. §. 1.* Bygn. B. fl. 5. fl. 13. § 3. Jord *Vpll. c. 30. in fin.* Jord. B. Dom. Regl. *n.* 40. & locis infinitis. (2) *Addunt,* idq; vel (I) *constituendo,* qvando qvædam in meliorem Juris naturæ observationem adduntur; qvo graduum qvædam prohibitiones spectant : Att the mågho en Hionelag byggia medh Gudhs orlof och Kyrckione rått : Ut non possint ex permissione Divina ac jure Ecclesiastico matrimonialiter conjungi, *c. 4.* Gifft. B. 15. § 2. Kyrck. 6. Ordin. *Eccl. p. m. 52. fl. 3. eod* W. *G.* U. 35. *q.* 1. 2. 5. Nec non solennitates in matrimonijs, *vid. c. 2. 4. 5.* Gifft. B. sive fuerint Ecclesiasticæ sive Politicæ, *add uxorem Ebraicam Dn.* Seldeni *lib. tot.* Brisson. in de *Rit. nupt.* & in jure Canonico passim, (2) *Determinando,* qvando ratio nostra ad aliqva magis particulariter disponenda lege civili determinatur, vid. Struv. d. tr. exerc. 1. pag. 1. (3.) *Adijciendo* substantialia quædam qvibus non observatis actio fit inefficax. *l. 5. C. de ll. l. 12. C. de Testament. exempl. vid. in c. 36 prin.* Konungs b. *c. 15. in fin. c. 16. eod.* Erfd. *c. 12.* Jord. 38. Tingm. B. *& infin. locis alijs:*

III. *Detrahunt* juri naturæ, non inhonesta prorsus jubendo vel honesta prohibendo; Sed ratione probabili ac politica alia; Idq; vel actui alicui Jure naturæ permisso, sineq; civili lege efficaci, *effectum*

ctus denegando civiles. E. G. Ex pacto nudo non dari actionem, *l 7.§. 4. l. 41. l. 45. ff. de pact. l.* 13. 21. *C. eod.* De quo tamen exemplo vid. Mæstert. c. 2. lib. 1 de Just. L L. Rom. Filium posse uti exceptione Scti. Macedoniani *vid. tit. ff. de Sc. to Maced.* Mulieres Vellejano, *t. ff. de Sen. vell* nuptias nobilium cum ignobilib. esse interdictas *c.* 22. Kon. B. *priv. Nob. art.* 4. 1622 *Constit. Noviss. d.* 7 *Mart.* 675. Constitutiones & leges de interdicto promiscuæ venationis & aucupij usu, *fl.* 36. § 6. Byggn. oll. *c.* 23 *eod. ll. Calm Recess.* 1474. *Art.* 10. *Priv. Nobil.* 1617. *Art.* 26. *Constit. R. De venat.* 1664. & infinitæ aliæ, quas nemo injustitiæ ob id accusaverit: vel *permittendo seu admittendo* nonnulla cum conditio rerum non aliter ferat *vid l. 2. C. de rescind. vendit. fl.* n. §. 2. Widorb. *Vpll. fl* 26. Byggn. *Vml c.* 15. Byggn. B. de parte mercedis famulo ægroto licite denumeranda. De quo tamen Exemplo vid. b. m. Ampliss. Dn. Locc. *Synops. J. Diss. XVI. q. IV.* Sed de hisce plura qui voluerit, inspiciat cl. Dn. Feld. *Elem. I. part.* 1. *p. m.* 29. 30. *Struv. d. tr. p. m.* 30. 31.

III. Jus civile, aliud est *scriptum*, aliud *non scriptum*. § 9. *l.* 10. *inst. de I. N. & G. cap.* 4. §. 3 Kon. B. *Reg. Jud. n.* 14. *C. lex, est, dist.* 1, *c. mos est,* 4, 5, *dist.* 1, Scriptum ex legibus, plebiscitis, senatus consultis, decretis principum, Prætorum Edictis, avctoritate prudentum venit. *l.* 7. 8. *ff. de I. I.* § 7, 8, 9, 10, *inst. eod. Dist.* 1, *tol.* Quas tamen plerasq; juris scripti species jurisprudentia Svecana non agnoscit; legibus, quæ aucto itate principis & suffragijs ordinum Regni latæ sunt, constitutionibusq; principum ac Regum præcipue contenta. § 7, *cap.* 4. Kon. *ll. confirm, ll. Vpll, confirm. II. Christoph, Satisdatio script. Gustavi Adolph. R.* 1511, *Art.* 6, *Satisd. noviss* 1672, *d. art.* Cujus rei ratio, ex jure publ. Rom. ac Sveceano diversaq; imperandi forma facilime patet.

IV. *Jus scriptum* in imperio Romano Germanico aliud est *Commune* aliud *Particulare. Commune*, ut (1) *Cæsareum*, Käjsarå lagh *in* confirm. B. Upll, 1286. dictum, tacito primum imperatorum statu-

num-

umq; Germaniæ, & mox etiam expresso consensu, seculo XVto receptum, postquam per plurima secula neglectum jacuerat, vid. Dn. Conring, *de Orig. jur. German, c, 32*, Ad quod etiam recessus, constitutiones ac ordinationes imperii in publicis Comitijs latæ pertinent. (2) *Canonicum s, Pontificium*, in nostris legibus **Kirkiu rätt**, *c*, 4, **Gifft. B**, *d, confir*, B, *Upl, nominatum*, quod originem suam à tempore usq; Constantini, illis debet regulis, quæ in Ecclesia, ut omnia decenter ac ordine fierent, diversis erant temporibus præscriptæ, *c, 1, dist, 15*, Quò etiam olim directi Canones Apostolici, de qvorum auctoritate *vid, c, 1, dist, 16*. Seculò vero XII. ætate Eugenij Papæ illos Canones magno labore & studio congerere cæpit Gratianus Monachus Benedictinus, unde Gratiani Decretum dictum, qvod postea correctius edi curavit GRegorius XIII. Pontifex. De ceteris ejus juris libris nihil nunc dico, id saltem adnotans: Hoc Pontificium jus, sic adeo non esse, ab illo negligendum, qvi in Svecani juris fontes ac adyta paulo diligentius inqvirere voluerit; Ut potius è re ejus maximè, existimaverim, in multis articulis & materijs id sibi prorsus familiare reddere; præcipue ubi jus nostrũ vel suos ei natales ex parte debeat, vel sine illo intelligi recte nequeat. Quæ res si digne, & ut par est ex utroq; jure explicaretur, integræ dissertationis, ne libelli dicam partes, unice sibi deposceret. Materia erudito sane viro digna. *Aliud Particulare jus*, ut Saxonicum, Lubecense, Borussicum, &c. vid. d. tr. Dn. Conring. & Struv. exerc. 2 n. 33. aliosq;.

V. *Jus Suecanum scriptum*, aliud est *provinciale* **Landzlagh**/ aliud *municipale* **Stadzlag**. Utrumq; non nihil differt; quia utriusq; conditio, ætate civium vitâ, victus genere & negotiorum, discrimẽ aliquod recipit, *vid, confirm, B, municip. 1618*, & Nobilis. Dn. **Stiernhööf** *in de jure vetusto lib, 1, c 1*, Ubi de utriusq; progressu quoque differit. Sine scripto jus venit, *quod usus approbavit, diuturni enim mo-*

res

res consensu utentium comprobati, leges imitantur, § 10, *inst, de I. N, G, &* *C*, 32, 33, 34, 35, *ff, de ll, C, consvetudo dist*, 1. *Process, Judic, Art*, 6, *Reg, Jud, n*, 20, De cetero, cum natura jurisprudentiæ in suis principijs ex hactenus dictis quodammodo elucescat, hæc missa facio, si modo illud addatur: Jus in universum omne, aliud esse *immutabile* aliud *mutabile*. Immutabile, ut jus naturæ § ult. inst. de I. N. G. Grot. d. tr. lib. 1. c. 1. n. 10. Nec obstat, illa additio ac detractio, de qua in superioribus, argumento l. 6. ff. de I. I. dictum est: cum illa generalium juris naturalis præceptorum, ad specialiora in vita humana ac statu reip. cum delectu, quædam saltem non inhonesta applicatio sit, τὸ ἀντοδιχαιον in se immutabile relinquens. Jus etiam Gentium, positò eodem Gentium statu, & quatenus generalis attenditur utilitas, quodammodo & ἀναλόγως immutabile est dicendum, alias non, vid, Struv. d. tr. p. m 32. Vinn. Comm. ad §. 11, Inst. de I, N, G, *Mutabile*, ut jus civile, idq; vel tacito consensu populi, vel postea lege lata, *d*, § 11, *Inst*, in quam rem prorsus sunt egregia juris Uplandici verba: **Thaat forni lagha råttir sein virdninga vårdir/ tha komber stundom sva till at umskiptis then lagha stadghi/ sum skipader år/ till at råtta frankra manna side/ ok med jåmnad aflåggia manna missämiete**, h, e, Quanquam jura antiqua sint auctoritate & pretio digna, accidit tamen interdum, quæ sancita sunt mutari, tam ad depravatos hominum mores emendandos, quam ex æquo dissensiones tollendas, ut ista vertenda puto;

Memb. Quintum.

Jurisprudentiæ methodum in objecto ac mediis breviter ostendens.

Exposita obiter Jurisprudentiæ ex suo fine subjecto ac principiis essentia operæ nos facturos existimamus; si nonnulla quoq; de metho-

methodica illa ex objectis via, Ictis antiquis in actionibus moralibus ad finem suum recte dirigendis approbata agamus. Ad tria omne jus, qvo utimur pertinere Gajus, & ex Gajo imperator ipse asserit, *l.1.ff. de stat. homin.* ¶ *ult. inst. de I. I.* Ad *Personas, Res & Actiones*. Etiamsi enim Jurisprudentia, circa omnes omnino actiones civiles versatur, formaliter inqvirens, qvid in singulis justum qvidve injustum sit, ceu supra probatum dedimus; Specialius tamen, cum nulla causa, qva de qværitur, non discepteretur vel â Personis vel propter personas; hæc tantum in omni jure consideranda veniunt: *Persona, Res, Actiones*. Hæc enim ab objectis distributio, ad juris cognitionem conseqvendam finemq; adeo juris obtinendum viam nobis commodissimam sternit. Finis est justitia suum cuiq; tribuens. Illum asseqvi non possumus, nisi suum cujusq; & perspectum habeamus, & simul constet, qva ratione quove pacto, id qvam commodissime obtineri possit. Non vero aliter obtineri commodè potest, qvam consideratione istorum trium, quæ per latissimos Jurisprudentiæ campos ordine haud prorsus in concinno diffunduntur, Adeò ut mihi non errare videantur, qui media ex objectis ad finem ducentia, (1) Cognitionem juris, applicandi ad facta, *l.1. §.1. verb. boni & æqui not.* (2) Cogniti juris legitime obtinendi rationem, *d ¶1 verb. discernentes, separantes. Paul Fuchsen in Tab. I.1. Struvius d. tr. exerc. 1, n. 44; Dn. Vinn. Comm. ad ¶ult. inst. de I. I.* statuunt.

II. Cum proinde cognitio illa, Personis plerumq; & rebus absolvitur; necesse est aliter aliterq; *Homines*; alio alioq; modo *Res* considerari (1) *ex Personis*, Jus personarum oritur, pro ut hominum, alij ex *libertatis statu*, sunt liberi, alij servi, liberorum alij ingenui alij libertini: Ex *familiæ statu*, alij alieno juri subjecti, ut filij familias; alij sui juris ijq; vel minorennes, sive fuerint impuberes & sub tutela sive puberes & sub curatione, vel majorenes, qvi neutro jure teneÃ«tur, nisi animi & corporis vitio laboraverint, ¶3, 4. *inst*, de cu-

rat. *Ex civitatis statu*, alij cives, alii peregrini, ita ut pro diversis hujus-modi qvalitatibus diverso, quoq; jure censeantur. De hoc persona-rum jure in I.mo agitur institutionum libro *& tit, ff, de statu hominum, tit, ff, de his qui sunt sui &c, tit, de adopt. & emancipat, & alibi passim.* 2. *Ex rebus, jus* RERUM, idq; vel in Re ut jus Dominij, Possessionis, servitutis ac pignoris; vel ad Rem, ut obligatio ex con-tractibus & Delictis. De qva materia in toto lib. 2. & 3. parteq; quarti Instit. agitur. Obtinendi juris ratio in actionibus seu ipso pro-cessu judiciali consistit. Actio a. est jus persequendi in judicio qvod sibi debetur l. 51. ff. de oblig, & act, princ, Inst, cod, Quod ul-timi instit, libri argumentū est ad finem usq; *vid. tn. de hisce judiciū Dn, Matthæi Disp, 11, de Inst, I. mat, & method, & nov.* In Pandectis (ut heic de Codice nihil dicam) hæc dispositio paulò est obscurior & intricatior, ita ut multi in eam prolapsi sint sententiam qvasi κατὰ συγκυρίαν coaluerint. Cum tamen clarissime constet, post prolegome-na, aliqvem in illis habitum quoq; fuisse horum objectorum ordi-nem. l. 1. pr, ff, de statu hominum. Nisi qvod vel ordini edicti per-petui pressius alicubi inhæreat, vel universum systema seric quas-dam actionum constringatur. vid, Synop, Pandect Vilhelmi Schmuckij in proœmio.

III, Ordinem aliqvem titulorum in legibus, nostris antiqvis pro-vincialibus, juxta ac hodiernis, nemo nisi juris omnis Svecani pla-ne imperitus non agnoverit: cum præcipue in ipsis etiamnum le-gum codicibus editis ineditisq; talis appareat, qvalē in multis a-lijs vix reperire est, Ut de antiqvissimo legum Birkensium Codice, nihil dicam, qvi egregio magis materiarum nexu ac serieqvam di-stinctione capitum ac Articulorum secommendat, ceu me ex ipso remotissimæ antiquitatis documento, qvod possidet, certiorem fe-cerat legum nostrarum antiquitatumq; jubar, Amplissimus Dn. Professor Præses, hospes meus omni semper honoris cultu nomi-nandus. In ceteris vero provincialium legum Codicibus, de quib9

cæptum est loqui, ut jurisprudentia Svecana *alia* est *civilium* alia *criminalium causarum*; ita prima in civilibus ratio habita est juris publici & qvidem Ecclesiastici. Publica enim privatis præferenda vel ut eleganter ex Theodoro loquitur Cujacius: οἱ νομοθέται τὰ κοινῇ πάσῃ τῇ πολιτείᾳ συμφέροντα προτιμῶσι τοῦ συμφέροντος ἑνὶ ἢ καὶ δυσί, in paratit. de execut. rei jud. vid. Præfat. L. L. Upll. per verba: Hvadt of er hin hedne (Vigerus Spa) lät affat vara / sva sum är i Kristnum rätt of Kyrckiulaghum / thet skulum vier tillökia i åbörian thessara book/ h. e. *quod Ethnicus ille omiserat, ut leges Christianorum & jus Ecclesiasticum, id addendum supplendumq; est in principio hujus libri.* Unde patet primum locum post sacra Christi in regnum introducta, titulis de jure Ecclesiastico, (Kristnu & Kirckiu balk/ constitutum. Ita qvoq; alibi: Then fyrsti är Kristnu balker/ er man skall sick sina göma medh. *in Indice tit. ll. Vpll, item fl.* 1. *L. L. vejm.* Kristnu balker er fyrst i Lagum vorum of hålag Kyrkiu. Ita Eloqventiæ quoq; antistes in J. de U. auspicatus à jure publico, proposuit primo L L. XII Tabb. de rebus sacris & sacerdotibus, tum eas quæ scriptæ erant de Magistratibus, vid. *Fragm.* qvoq; LL. XII. Tabb. Subsequentibus vero temporibus, erroribus, quibus hi tituli scatebant, deprehensis ad calcem legum rejecti sunt; Immo principali voce edictum, ne judices promiscuè ex illis titulis judicarent, vid. *Conf. ll. Carol IX* 1608.

IV. Proximum sibi vendicavit locum titulus de jure Regio (Konungz balker/) dictus, hodie ob dictam rationem primus. Juris privati primas sibi partes meritò deposcit connubiale jus, societati conjugali, quæ omnium est prima præcipuumq; generis humani seminarium, certas regulas certosq; limites circumponens, traditum in titulis giptar balker nuncupatis. Hos non sine causa proxime excipiunt, tituli de jure succedendi f. hæreditario, qui ärfda balker appellantur. Ratio ejus connexionis in ipsis legibus hisce exprimitur verbis emphaticis: Ärfda balker byrias at giptarmalum/ ty at ee komer en af tvem mader af manne / hwar af andrum

drum: Engin thu fomasiva jamanvat en mundu ffilliag at omsfwer een llidar fra of annor efti liwer / af Siangar alster byrjag alt arf. Quæ ita á me versa sunt: Titulus de jure hæreditario orditur á connubiali jure: semper enim unus ex duobus nascitur, homo ex homine unus ab altero. Nunqvam vero duo ita conjūguntur, ut non aliqvando separentur; Uno defuncto, alter supervivit. Ex thori pignoribus omnis orta hæreditas est. Hæc exempli causa, hac solum modo vice attulisse sufficiat. Ceterorum titulorum singulis, sua etiam constare potest non planè nulla ineptave ratio; nisi qvod Codicis Christophoriani ad exemplar Smekianum compositi ordo, qvam ceterorum videatur evidentior ac præstantior. De quibus omnibus, cum id hujus non sit loci, alibi si vitam DEus concesserit plenius. Id saltem heic in universum silentio non prætereundum; Leges Svecanas, ut non omnis planè, quoad seriem titvlorum, παιδείας sunt expertes: ita majorum sibi justitiæ æqvitatisq; in singulis capitibus qvam exactæ dispositionis capitum ad capita rationem proposuisse. Adeo, qvod mireris, tractationis ex tribus juris objectis deducendæ non impatientes, ut ejus rei specimen, non exigua jam dudum diligentia adornatum reliqverit Themidis ille sacerdos, & urbis qvondam nostræ honos, b. m. Celeb. Dn. Loccenivs *in Synopsi Juris publici*, *Cujus* (si fas sit feraci hoc ingerere famæ) *mens respondebat veraci consona lingva, & par affectus cordis ac oris erat.*

CAP. Secundum.

DE JURE CONSULTI MUNERE.

MUnus suum Ictus ut plurimum exercet, vel sententiam ferendo, qvando ut Magistratus & judex, jubendi, judicandiq; potestate est instructus, vel rectè in hisce alijsq; partibus de jure respondendo, § 8. *inst. de L. N. G. & C.* vel alias, leges interpretando,

§. 35.

§. 35. *ff. de O. I.* litigantium qvoq; causas ex jure prudenter agendo, *l. 14. §. 1. C. de Jud. l. 5. §. 2. in fin. de reb. eorum qui sub tut. consit. de juris docendi Ratione, §. 6. verb: Justitiæ satellites &c. Judiciorum optimè tum athleta quam gubernatores, vel deniq; latam rite sententiam exer quendo.* In hisce enim aliisq; juris ad actiones civiles applicationibus proprium consistere Icti munus dictũ supra. Pleraq; hujus muneris partes ita recensere conatur Brissonius: *Cavere de jure respondere, scribere, concilium dare, in concilium adhiberi à magistratibus, iis assidere, rescribere, libellos agere, vadimonia concipere. Quæ etiam sibi descriptio apud Hotomannum pertinet,* qva dicitur, *tam juris civilis, quam æqui boniq; peritus, populo se dans ad agendum, cavendum, interpretandum respondendumq; de Jure.* Sed de præcipuis paulò pluribus est agendum.

Memb. Primum.

ICTUS JUDEX.

Considerationem Judicis recte meritur Ictus, *à qualitate constituendi, officio constituti, eiusq; si ineptus fuerit, sive Remotione sive recusatione.*

ARTICULUS Primus.

De Judice Constituendo ejusq; qualitatibus.

Jurisdictio ab imperio, ab eoq; merè venda: alia Romæ alia alibi. Judices varie constituuntur. In Regno Sveciæ qui, qualisq; eorum Iurisdictio. Qualitas ratione animi & corporis consideranda: quadre justi esse debet judicis præsidium, quæ virtus, quæ corona.

1 JUdicandi potestas defertur ab eo, penes quem τὸ κύριον est in republica. Ut ab initio reip. Romanæ à *Regibus l. 2. §. 14. ff. de O. I.* Tum à *Consulibus & populo.* d. l. 2. §. 16. 23. Deniq; ab *Augustis D. l. 2. §. 11.* Magistratus Romani in libera repub(rerum præcipuá apud

pud populum residente) suo sibi jure in civilibus habebant jurisdictionem, *l.* 5. 3. *ff. de Jurisd. l.* 1. *ff. de officio ejus cui mand.* Ita ut crimen læsæ majestatis in illos eo nomine etiam committi diceretur, *l.* 1. §. 1. *ff ad l. jul. maj.* Hinc in Juris Cæsarei libris aliud judicare, aliud jus dicere, *l.* 10. *l.* 13. *ff de jurisd.* aliud jurisdictio, aliud nuda notio, *tot. tit. C. de judic. pedan.* Hinc jus dicentis officium latissimum: *Bonorum possessionem dare, in possessionem mittere, pupillis non habentibus tutores constituere, judices litigantibus dare, l.* 1. 3. 4. *ff. eod.* Minores facilitate læsos in integrum constituere, *l* 1 §1. *ff. de minorib.* Sententiam judicum a se datorum exeqvi. *l.* 15. *princ. ff de re jud.* mulctam dicere, pignora capere, *l.* 1. *ff. Siquis jus dicenti non &c. l.* 4. §. 2. *de damno inf.* Cum judex saltem cognosceret exq; formula judicaret, vid. *tit. C. de jud. peda.* Mutatò vero reip. statu, in rei veritate Magistratus ministerium saltem Augustis in jurisdictione ex legibus exercenda præbebant, propriam neq; habentes jurisdictionem, neq; imperium mixtum nisi æqui vocè sumptum. Quæ secretior ratio est legis. *Ult. C. ubi & apud quem cognit. in integr. &* Tituli per Constantinum sublati, Codicis *de formul. & impetr. act. subl.* Quid! qvod hinc appareat, qvare aliter sæpe de Magistratib. digestorum, aliter Codicis leges loqvantur, ceu rectè qvoq; observavit cl. Feldenus, *part.* 5. *Elem. l. univ. p. m.* 981. *p.* 1040. *p.* 1052. Ut adeo non videam, qva ratione in statu verè regio, magistratus, propriè dici possint, suam sibi habere jurisdictionem, *vid. l.* 1. § *ff de offic. ejus cui &c.*

II. Jurisdictio hodie proinde, in statu Regio à principe tanqvā à fonte in Magistratus inferiores dimanans, ex voluntate deferentis & legum Regulis præcipuè venit æstimanda. Cui tamen jurisdictio data fuerit, ea quoq; concessa esse videntur, sine qvibus jurisdictio explicari non potest, ut meam hic ex *l.* 2. *ff. de Jurisd.* proferam sententiam. Judex secundum vulgarem distinctionem est vel *ORDinarius* vel *Extraordinarius, vid. tit. Inst. Jur. Can. de Judicib tit.*

De

De cretal. de offic ordinar. Ille *qui à supremo magistratu potestatem jurisdicendi ordinariam habet* Hic, qvi *limitatam & præscriptam judicandi potestatem habet*; Idq; sive ex mandato & commissione superiorum, unde commissarius vel delegatus judex dictus est; vel partium compromisso, idq; iterum vel jure ita dispensante *l 16, l. ult. C. de jud.* vel libera voluntate sive ad litem arbitrio suo instar judicis decidendam, arbiter vel compromissarius nuncupatus, *tot. tit. ff. de recept. & qui arbitr.* vel ad conventiones determinandas & amicabiliter componendas, *arbitrator* communiter dictus, vid. *l. ult. C. contr. empt & Mast. de Just. L L. Rom. lib. 2. cap. 12.*

III. Secundum ordinem hujus Regni, judicum alij sunt in provincijs, & qvidem (1) Territoriales Häradzhöffdingar) cum suis vicarijs ac Nembdis, in infima Judicantes instantia. (2) *Provinciales* (Lagmän) cum suis in secunda instantia: *Alii in oppidis, urbici; iiq; vel inferioris vel superioris curiæ.* (De qvorum omnium jurisdictione, vid omnino *Artic. 1. 2. 4. 7. Ordin. Jud. 1614 it. Consf. Assi sess. 1643.* Qualis v. olim esset docet Dn. Stiernhöf. *d. l. vet. lib. 1. c. 2: 3. add. Antiquit. Sueo Gothi. lib. 11.* [illegible]. *Dn.* Loccenij, vel Suppremi Judicii cum suis consiliarijs & Assessoribus. De cujus jurisdictione & officio est, in *cap. 10 & 41,* Tingm. B. *Art. 10. ordinant, judicialis,* per verba. Hwilken wij så vthi wår när: som frånwara gifwa macht at döma Konungzdoma. h. e. cui tam in nostra præsentia qvam absentia damus potestatem administrandi Regium judicium. Qui sensus, qvæq; verba ex d. *cap. 10.* tingm. B. videntur desumpta. *Conf. Art. 8, 13 14 deordinant.* Quænam vero causæ ad summum illud judicium immediate devolvuntur ac pertinent, traditur in Art. XX. XXI. Processs. Judic Suntq; (1) *Appellata* (2) *læsæ Majestatis* (3) *in Regiæ inquisitionis Animadversionisq; judiciis olim dijudicari solita.* (vthi Refst: och Rättare ting / *vid. c 10. c. 41.* ting. B. ft. 2. Refst. b. oll. *d. l. 2. Antiq. Sveo Goth. 3, & lib. 1. de jure vetust. p. 37. 38.*

(4)

(4) *Justitia denegata vel protracta.* (5) *Privilegiatorum, vid. tamen Art. 13. ordin. Jud.* (6) *Academica,* (7) *A Rege remissa,* add. consil. Assess. 643 punct. 3.

4. Circa Judicis qvalitatem præsidia animi corporisq; veniunt examinanda. Animi qvidem primum ac præcipuum commendo: Amorem Justitiæ, cujus gratia judex constituitur. Qui efficit, ut non ἀνθρωποπροσωποληψίας tantum; Sed sine omni alio etiam impedimento æqvum ab iniqvo separare studeat. Hoc judicis præsidium, ut alijs longe maximis initiitur virtutibus; ita plurimas qvoq; suo excipit gremio & complectitur; qvas colligere ex varijs legum locis facile foret: festinationis autem causa saltem nomino, *Cap. 35. Kon.* **U. c. 1. Tingm. U. c. 1. Kon. Sl.** *Art. 6. proc. Jud.* **ſ. 4. 46. R. Styrilſ.** Alterum animi præsidium est, ut secundum veram judicet rationem. Ad quam rem duo apprimè necessaria, (1) *Scire accurate jus,* secundum qvod omnes casus dijudicari debent (2.) *Factum, quo de disceptatur.* Hoc opus, hic labor. Juris proinde legumqve penitus ignaros sancta respuit Themis; nisi ubi qvis certæ alicujus rei notitiam habuerit; ut qvando de re militari miles, de re rustica rusticus judicat, & sic in alijs. *vid. l. 17. C. de judic l penult. ult. f de jurisd. omn. jud.* vel magistratus, qvi in consilium adhibere potest, legum peritus, *vid. Cujacius in Nov. 82.* Sciturí tamen, *quod non magis alios judicant, quam ipsi judicantur, cum etiam ipsis magis quam partibus terribile judicium est, si quidem litigatores sub hominibus, ipsi autem DEo inspectore adhibito causas profferunt trutinandas, l. 14, in fin. C. De Judic.* Tantum de præsidijs animi. Ut paucis me absolvam: Judices agere Ratione corporis non possunt, surdus, mutus, morbo sontico laborans, *l, 12, § 2, l. 46, l. 40. ff, de Jud,* Cœcus tamen aliqvando *l. 6 ff, eod,* 4, Memoriæ causa, qvæ de judice constituendo dicta sunt, ita contraho: *Sine jurisdictione, judicium est tantum usurpatum: Sine amore justitia injustum: Sine Ratione & legibus temerarium.* En videamus

mus

mus, hæc eadem nostris majoribus perspecta cognitaq; : Hwar rätter Domare will wära/ han skall hafwa treggiehanda nader af Gudhi: kunna skiäl mällum rätt och wrangt/ ok willia alt ther rätt är/ ok inte annat: och gita rätten fullkomnat med hugan ok med ärwäde. med ordana framförilse ok giärningana fullkomnilse. h. e. Quicunq; verus esse vult, judex, tria â DEo beneficia habebit, æqvum ab iniqvo separare: amore justitiæ omnia & nihil aliud velle: Juris justitiæq; partes animo & opere, verbis & factis explicare. Dictas qvoq; partes in ipsa paganismi memoria, Haud fudr, egregiè officio expressit, de qvo in historia Hervarar: Han war både forspar ok spaker ok wakur ad witi: han war sätter domandi i ferdhl daulaund/ er honom lan inamd: han damdi aldren rangan dom: engin dordi eda durfti hans dom ad riufwa. c. 1. d. Hist stylo ferreo, saxo etiam impressum Runico, Spiutvari nomen, non minori laude splendet; De qvo lapidis Kiulensis in Sudermannia inscriptio talis exstat:

ᛋᛒᛁᚢᛏᚢᛆᚱ᛫ ᚢᛁᛋᛁᛏᛆᚢᚴᛆ᛫ ᛋᚢᛘ᛫ᚢᛆᚱᛁᛏ᛫
ᚼᛆᚠᚦᛁ᛫ ᛒᚢᚱᚴ᛫ᚢᛘ᛫ᛒᚱᚢᛏᚾᛆ᛫ ᛆᚢᚴ᛫ᚢᛘ᛫
ᛒᛆᚱᚦᛆ᛫ ᚴᛁᚱᚦ᛫

h. e. *Spuitvar sapiens ac dissertus, qui præsidium fuerat oppressorum & injuria affectorum.* Immortale judicis encomium. *Burg* enim antiqva lingva præsidium, vel castellum denotat. Ut alios in historijs nostris passim commemoratos heic præteream. Confer imperatoris Basilij Const. περὶ δικαστικῶν inter Constit. imperatorias.

ARTICULUS Secundus.
De officio Judicis Constituti.

Compositio tentanda, fit sine contemptu facilis, memor calculi judicialis, non contra leges judicare. Quod omnibus est observandum, etiam superioribus. In cognoscendo an-

 te

te & post lit.m contestatam partes processus observentur, caveat Judex nullitates. Merita causarum observet, in causa, persona, loco, tempore eventu, attendat ad acta & probata & qui probandi modi. Ad postremum inferenda sententia inspiciat pacta, consuetudinem, statutum loci jus commune. Nullitates in jure Svecano qua declarantur. Via judicandi duplex, & officium judicis duplex.

JUdicem inprimis meminisse oportet, ad amicabilem compositionem vel formam compromissi svadere, *c.1. sub fin. X. de mutuis petit.* *Art. XXIII. Process. judicialis per verba:* Wij biuda och befalla at wåra tilförordnade Domhafwande och Besittiare för all ting beflijta sigh der om/ huruledes dee kunna förena och förlijka dee stridiga parter/ etc. Quo pertinent aurea & sericea verba legum O. G. ad calcem tit. Bygda balker.

Thet är högst i Lagum/ ne ok ja.
Thet är bäst i Lagum sätt ok sämia.

Invitos tamen judex cogere non potest, nisi incertis casibus, vid. Carpz. Jurisp. for. p. 1. Const. 1. def. 11. n. 3. immò ne in omnibus quidem, promiscuè transactio admittitur, *vid. tit. ff. & C de transactionib. a.* 17. 18. tingm. *c.* 24. Edz. B. *Art.* 6. Norköp. Best. 1604. *Art.* 17. Rättg: Ordin.

In adeundo facilem quidem sese præbeat Judex, sed contemni non patiatur, *l. 19. ff. de off. præsid. l. 1. pr. ff* de postulando. Immò mansuetè loqvi debet cum sistentibus se judicio, qvod nisi faciat, suspectus habetur. Reg. Jud. n. 21. Omnium vero maximè cogitet; se calculum judicialem non nisi præstito Sacramento accepisse: *Omninò sese cum veritate & legum observatione dispositurum, l. 14. C. de jud. juncta ibi authētic. hodie. c.* 1. Ting. *c.* 1. Rådst. *Art. 6.* Rättg *process. & art. 6.* Rättg: ordin. Nec aliter judicaturum qvam legibus, consvetudinibus & moribus proditum est, *pr. Inst. J. de offic. Judic.* νόμοις ἑγνωσμένην ἀποδοῦναι ψῆφον: legibus cognitam edere sententiam, *ut est in Nov. 126. c. 1. l. 40. ff. de judic. l. 2. de pœn. jud. male judicant, c. 3. dist. 4. Postquam enim leges latæ sunt, non de ipsis, sed secundum ipsas judican-*

dum. Ita etiam in jure nostro, *cap.* 1. §. 1. *c.* 2 §1. tingm. ll. *Art.* 6. Rättg: *process.* Effter Sweriges Lag/Rijkzens stadgar/ afhandlingar och Beslut/gode losl. bruk och sedwane/*cap.* 41. Ting ll Lagman eger lag skillia/vid. Nobiliss. Dn. Stiernhööf de jure vetust. *lib.* 1, *c.* 2, Quo etiam illa: At Lagmans Stadz- och Häradzrätterne icke må hafwa wäld til at grunda sina domar på egen godtycko/vthan på klar Lag/*etc.* Men såsom Hoffrätterne måste hårvthinnan lambnas friiare händer/så är Kongl. Man:tz willia at the een sådan macht warsambligen bruka. *Resol. Reg. super querelis Nobil.* 1668. *add. Art.* 16. *ordin. Judic.* Ita ut præceptum istud ad omnes omnino judices superiores & inferiores pertineat. Is namq; rerum judicialium circulus esse debet, ut quemadmodum omnes leges civiles â majestate qvadam proveniunt, ita illis convenienter est judicandum, usq; dum ad eandem perventum fuerit majestatem, ceu pluribus infra, in de I Cto interprete ostendimus.

II. Porrò judicèm & ad *Processum* & ad *merita causæ* attendere oportet. In Processu, veluti de præmittendis vocationibus in jus, *§. fin. inst. I. de pœna temere litig. ff. & C. de in jus vocando,* 7. *Eccl.* 8. *Cuiac.* 10. *obs.* 10. *cap.* 21. Rådst. oll *c.* 12. 28. 29. Ting ll 7. Rådst. 22. Rättg. *proc.* recipiendis reijciẽdisq; libellis, *l.* 1. *ff. de offic. Assess. Art.* 24 *pror. judic.* Audiendis responsionbus, *l.* 1. *C. de lit. Contest. c. si quis post test. XXIII. q. IV.* Dandis dilationibus, *vid. tit. ff. de feriis & dilat. tit. C. de dilat. c.* 25. 34. tingm. 13. Rådst. *Art.* 26. Rättg. *process.* Diligenter præterea animadvertendum, ut omnia ordine solenniq; judiciorum forma juxta circumstantiarum qvalitates peragantur. *l.* 1 *& penult. C. de exec. rei jud.* ne ex defectu processûs legitimi, nullitas oriatur, *vid. Sebast. Vant. in tractt. de Nullit. tit. de nullitate ex defectu processus.*

III. Merita causarum quod concernit, Perspiciendum est judicanti, *ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quam causa deposcit,*

ſcit, nec enim aut ſeveritatis aut clementiæ gloria affectanda eſt, ſed perpenſo judicio, prout quæq; res expoſtulat ſtatuendum eſt, l, XI, ff. de pœn. Conſiderandaq; cauſa, perſona, locus, qualitas, quantitas & eventus. Quæ omnia *in l. 14. ff. eod. explicantur. Confer Reg. Jud,* verba, *n.* 8, *n.* 41 J alla ſaker ſkal Domaren wetta förſt/ hwad nampn ſaken ſkall gifwas/om thet är Edzöre/ Tiufweri/ ſåramål medh willia eller wådha/eller hwad ſom helſt thet ſkal räknas före/ſom giordt är, och ſedan ſkal ther dömas om / effter ſom ärandet ſigh begifwit hafwer. *ad. n.* 36. Perſpiciendum quoq; intentio agentis, numne recte, ſatisq; probata ſit vel ſecus. *l.* 2. *ff. & C. de probat. l.* 23. *C. eod.* Actore enim non probante reus abſolvitur, *n.* 35. *Reg. Jud.*

Contigit autem qvid probari varijs modis : *Confeſſione* partium, *tit. ff. de confeſſ.* Känd ſak är ſå godh ſom witnad. *c.* 11. § 1. dråp. vil. Sl. *Reg. Jud.* 17. de poſitione teſtium, *tit. ff. de teſtit. & C. eod. Paul. recept. ſent.* 15. 6. *cap.* 20. tingm. ll, *per verba :* detta kallas wittnesmåhl. Inſtrumentorum exhibitione, *tit. ff. & C. de fid. inſtrum. Eccl.* 2. 3. *c.* 6. *u.* Jord. Sl. *c.* 10. 18. § 1. Erf. Sl. *c.* 9. § 1. Bygn. Sl. 10 11. Jordb. ll. Jurisjurandi religione, *tot tit. ff. & Cod. de Jurejur. Syn. Baſil. l.* 22. *tit.* 5. *tit. XIV lib. III. Inſt. Jur. Can.* § *quod enim nec teſtib. c.* 19. § 1. tingm. ll. maximum namq; remedium expediendarum litium in uſum venit jurisjurandi religio, qua vel ex pactione ipſorum litigatorum, vel ex auctoritate judicis deciduntur controverſiæ, *l.* 1. *ff. eod.* uſum vero jurisjurandi legalem tenere maximi eſt, de qvo heic nihil. Inſpectione judicis vel alijs adminiculis. De qvibus paſſim in jure Cæſareo, Canonico, Suecano & apud Doctores.

IV. In cauſa autem cognoſcenda, eademq; definitivè pronunciandа, hic ordo ſervandus eſt, Omnium primò *inſpiciat judex quid actum eſt, Contractus* ſcilicet *& pacta,* vid. exemplum *in l.* 19. § 1. *ff. loc. cond.* lex enim contractus ſervanda eſt, *l.* 23 *ff. de R. d. l.* 72. *ff. de contrah. empt. c. XXI, XXXII, de Reg. I, in* 6. to Förord bryter lag/ *R. Jud.* 4.

vid.

vid. R 12. Jur. Locc. Si nulla adsint pacta, consvetudinem *l. 32, 37. ff. de ll.* Si nec illa exstet, statutum loci, *l, 3. § 4, vers, hoc ita verff, quod vi aut clam.* Si nec statutum, jus comune, id vero si discrepet, Novissimum seqvatur, *l, ult, de Const, princ, l, 12, C, de pact, l, 26, 27, ff, de ll,*

V. Si proinde directe contra leges & constitutiones sententia lata fuerit, puta impubrem testam. condere posse, sententia ipso jure nulla redditur. *l, 19, ff, de appell, l. 1. §, 2, ff, qua sent, sin, apell, l, 2, C, quando provoc. non est necesse, verb, fin, c,* 30, Jord. ll Aliud dicendum si in facto fuerit iniqva, *vid, Carpz., Jurispr, for, p, 1,* Const. 26. def. 24. & l. 3. Resp. 98, n. 21. Georg Schultzen proc. judic. part. 1. c, 4. In jure Suecano non tam multæ occurrunt nullitatis species, qvam recenset Vesemb, in Parat. *ff, l,* 48, *tit,* 8, *n,* 2, cumq; illo alij passim. Immò non usq; adeò attendi solent: nisi pleraq; sint confusa, processus inordinatus, atq; inversus, acta manca & imperfecta; nisi deniq; vel ex jurisdictionis vel essentialium recepti processus partium defectu proveniant. Quales sunt nullitas jurisdictionis vid. informationis causa *tit, C, si, a, non compet, judic, judicatum, f, ult, ff, de Jurisd, Gail, lib,* 1, *obs,* 42. 118, neglectæ citationis, *c,* 12, 28, 31, ting. ll. 21. Refst. oll. Sententiæ in propria causa latæ, *l,* 10 *ff, de Jurisd, tit, C, ne quis in sua caus, jud, Regul, jud,* 7, Ingen må wara domare i sin egen sak. Nisi qvod aliquando judex, de sua Jurisdictione cognoscere possit, *Andr, Gail, lib,* 1, *obser,* 34, *n,* 1, *It,* sententiæ in non contumaciter absentem dictæ, *c,* 28, tingm. ll. 15. Jord. ll. Item sententiæ de causa in judicio neq; mota neq; proposita. *c,* 29, tingm, ll, fl, 8, *Vpll, eod,* Reliqvæ nullitates non usq; adeo attenduntur, quin præstet interponere appellationem, etiam in hisce ob multas causas, vid. etiam observ. J. Illustris R. senatoris Dn. Rålamb. *lib, II, c, 7, obs,* 2

VI. Judices hodie ratione & via duplici suum ut plurimum peragunt officium, vel præmissa actione & accusatione, vel alias auctoritate juris in publica scelera, Contra famosos aliasq; sui officij re-

inquirendo. Id, apta non satis voce pragmatici *Mercenarium*, hoc *Nobile officium* appellantes. Quam distinctionem, ut in Academijs docendi gratia, retinendam censeo, ita praxi, quam juris Romani textibus convenientiorem non abnuo. De officio nobili intelligi tamen potest, *l*, 13, *in princ*, *ff*, *de offic*, *Præsid*, *æquivocè etiam cap*, 10, *&* 12, Rådst. per verba: Hwar någor åkärandenär eller en/ och är gärningen uppenbar. Nobile enim officium proprie quidem jurisdictionis est, non vero nudæ notionis, ut observavit qvoq; Cl. Dn. Vinnius in *Comm*, *Inst*, *de offic*, *jud*, Improprie verò, ad alios etiam applicatur judices, quoties, in certis casibus, lege permittente non deserviunt, propositæ actioni, vel ut clarissimè dicam; quoties judex ab eo imploratur, nullam qui cum alio controversiam habet, E.G, quando restitutio famæ, functio aliqva, legitimatio, & id genus petitur, vid, Mynsing, ad d, *Inst*, *tit*, Ut ex adverso, merecnarium est, quoties actioni propositæ deservit. Sed de hisce satis.

ARTICULUS Tertius.
De recusatione judicis.

Jure civili ordinarius judex non recusatur, secus Canonico, consvetudinario, Svecano, simplex tamen suspicio non semper sufficit, quid jure nostro obtineat, disquiritur.

APertissimi Juris est, licere litigatoribus judices delegatos, antequam lis inchoatur, recusare, *l*, 16, *l*, 12, § 1, *Cod*, *de jud*, An ordinarium liceat quæstionis est. In utramq; partem varij afferri solent juris Civilis textus. Verior tamen, ex juris arte videtur affirmativa. Jure Canonico res expedita est; posse etiam ordinarium recusari, *c*, *suspicionis* 39, *X*, *de offic*. *&* *potest*, *jud*, *deleg*. Quod praxis quoq; per Germaniam & Galliam approbavit, teste And. *Cail*, *lib*, 1, *obs*, 33. *&* *Gothofredo ad l*, 16, *C*, *de jud*, Jure Svecano nullam id dubitationem, recipit per claros textus, *in cap*, 36, Kon ll 36. Ting. ll. *Art*, 8, Rätg. *processf.* Nudam autem suspicionis allegationem recusationi non sufficere, sunt qui existimant; ne fenestra aperiatur malitijs hominum

eo num, modo judicibus sine causa insultare gestientium; absurdum etiam & contra omnem saniorem judiciorum morem fore dictitantes: audire qvid affirmantem sine probatione, *l, 2, l, 19, ff, de prob*, Et sanè, quin id de summi judicij aulici consiliarijs ac Assessoribus verum sit, nos dubitare vetant clarissimi ea de re juris nostri textus, per verba: nu än then saken gifs rådes nagon/ etc. anten för skyldskap/mågsämio wänskap/ etc. och giter thet märkeligen pröfwat in til eens treggia eller tweggia / *c, 36*, Kon. ll. *add. d, Art, 8*, Rättgångz *process*. Et ita jure etiã canonico obtinet. *c. causã qua & c, insinuante extr de off, deleg, add, inst, Jur, Can, Lancell, lib. III, tit*, 1. § *Recusatione quoq, per text.* ut puta, *si judex datus dicatur dominus litigantium, aut consangvineus, aut advocatus, aut cum altero immodicam contraxisse familiaritatem, aut ab eodem in alia causa partem appellasse, &c.* De cæteris vero omnibus judicibus inferioribus, an idem sit affirmandum, majoris est ex jure nostro disquisitionis. Sanè eadem pro hisce quoq; militare videtur ratio, quamvis non ejusdem sunt cum ceteris auctoritatis; maximè, cum constet, Juri nostro compilando interfuisse Clericos, sui juris in talibus nunquam non minimum religiosos curiososq;. Quod ex innumeris legum ac documentorum publicorum locis probari porest. Aliud tamen, hoc in negotio nostris olim placuisse, vel id argumento est: quod majores ab ipsa paganismi memoria libertatis suæ tenacissimi; sic adeo non passi sunt, invitis sibi ac repugnantibus obtrudi judices; ut proprio potius in singulis causis arbitrio nominatos assumerent eligerentq;. Ita enim antiqvis legibus proditum est: Hwar nämbd nämnis tha nämnis the män ther badha sena ja widher som wid dehlaz. *fl, n,* § 4, tingm. Upll, fl. *9, eod, vesm, ll,* ¶ 9. *eod, D. ll.* & passim ut, jam dudum Nobiliss. Dn. Stiernhööf *l, 1, c, 4, p, 55, l de J, V*, etiam observaverat. Confer Selectissimas Ampl. Dn. Verelij *not, ad c, 14, Hervarar S.* ad verba Han hielt med sier tolf Spekinga. Quid! quod expressis verbis sancitum sit, eum debere decedere judicio, quem si-

ve. actor sive reus non tam suspicionis convincit, quam postulat; ut est in c. 36. tingl. ll. Nihilq; aliud vult ista locutio: jäfiwa någon wäldigan: quam suspicari aliquem studio partium addictum, ceu rectissim. quoq; vertit, B. M. Dn. Loccenius. Et ea est vocis ejus in aliis quoq; locis genuina acceptio, *vid. fl.* n. Kyrk. *Vpll. verb.* Jawas om. *fl.* 13. § 7. Erf. *H ll.* jäfwas ther om. Jäf, dubitatio scrupulus, c. 11. Erf. Sl. c. 13. Rådst. & passim. Quare etiam aliud est jäfwa in *ll*: aliud wräka; prius propter suspicionem saltem: hoc propter sonticas & exceptione majores causas aliqvem recusare, wräka vero, est rejicere, pr. Kon. *V. G. ll.* ~~[illegible]~~ vide etiam Nob. Stiernhielmi, indic. *ad ll. VV. G.* Quod ex process. judic. luce quoq; meridiana, longe clarius est, per verba: Så at kärandeu eller swaranden kunde icke allenast jäfwa honom wara wildugan/ uthan och wräka honom medh rätta uthur rätten/ Et hæc quoq; sententia est Ampliss. Consultissimiq; Dn. Præsidis. *d. Art.* 8. Ex qvibus omnibus saltem judicari potest, qvid de recusatione judicum inferiorum ac superiorum ex mente legum nostrarum sit tenendum. Id saltem addentes: Ubi leges distingvunt, esse distingvendum: ubi vero leges non distingvunt, nec nostrum esse distingvere, ut est in trito Doctorum proverbio. De causis recusationis, formula, tempore, & id genus aliis, utiliter legi potest *Dn. Georg. Schultzen. part.* 1. *process. judic. c.* 4. *n.* 55. cum seqq. De pœna v. malè judicantium aliquid heic esset quoq; dicendum, si ratio instituti permitteret. *vid. tot. tit. C. de pœna malè judic. &* § *Inst. de obl. quæ qv. ex delict. nascuntur,* & ibi Doctores, *cap. III.* tingm. ll. *It.* Rådst. 6. *Art.* 15. Rättg. *ordin.*

Memb. Secundum.

ICTUS INTERPRES.

Legum authentica interpretatio ad principes pertinet, Jure Romano ac Suecano. ICtis sua tamen, in casibus dubiis, qui interpretationem legalem non excedunt relicta est

est. I nperspicuis est nulla, in penitus obscuris, & quando jus scriptum ex æquitate supplendum est, principis desideratur ἀνάλυσις.

LEgis interpretationem culmini tantum principali competere, nemeni venit in dubium: cum promulgandæ quoq; legis auctoritatem fortunæ sibi vindicet eminentia, ceu loquitur imperator in *princ. Nov.* 143. Inter æquitatem scilicet jusq; interpositam interpretationem, solis regibus & principibus oportet inspicere, quæ verba sunt Constantini in *l. 1. C. de ll.* Legum enim ænigmata solvere, & omnibus aperire, quis idoneus videbitur, nisi is, cui soli legislatorem esse concessum est; *l. ult. C. eod.* QVis den q; tantæ superbiæ fastidio tumidus est, ut regalem sensum contemnat; *l. c* Hisce non sane inconvenientia sunt, quæ de interpretatione authentica nostri principis in legibus nostris passim occurrunt, *vid c.* 4. § 9. Kon. B. *c.* 21. *in fin.* 22. *in fin* & 41. Tingm. B. & quæ Gloriosissimæ memoriæ Rex Gustavus *in Art.* 2. *ordin. jud.* sancita reliqvit: Doch måge the (*de judicibus inferioribus est sermo*) ther något iåf år å färde/eller mårke sigh icke wetta i detta fall hwad lag år/så långe opsättia domen/ at the sigh hoos oß eller wåra förordnade öfwerste domb förspörja måtte.

II. Quæ tamen omnia, non illum habent sensum ac si Ictis omnis interpretandi facultas magistratusve officio fungentibus, penitus esset adempta: Sed saltem eam radicaliter & authentice ad summam spectare potestatem, maximè quando vel interpretatio, legislatæ mentem egrediatur, vel lex adeo sit obscura, ut ambigatur, num factum quo de agitur, legis mente comprehendatur, vid, Gudelinus *de jure. Novissimo lib.* 5. *c.* 2. Arn. Vinnius *selectar. quæstionum, lib.* 1. *c.* 2. Perezius *in tit. C. de ll.* Struv. *in synt. I. exerc.* 1. *n.* 39. Alioquin, nullus Ictus, non potest tantum, sed & leges interpretari debet, *l.* 17. *ff. de ll l placuit C de judic.* Neq; ea mens imperatorum *in l. c c.* vel legum nostrarum est, quasi alijs, sive Ictis, sive judicibus non liceret, secundum mentem legislatoris, jus ad normam æquitatis

exigere ac recte explicare: Sed prohibent, ne prætextu æquitatis à jure seu lege menteq; legislatoris recedatur, quoniam id non esset, legem sequi sed potius invertere ac mutare, *add. l. 29. 30 ff. de ll.* Quare etiam in Reg. Judic. Ita scriptum. then gör emot Lagen som giör emot lagsens mening/ ändoch han innes giöra som ordhen lyder i Lagen/ *n.* 18. *conf. n.* 42. *eod. l.* 7. §. *ult. ff. de suppell. legata l.* 5. *C. de ll.* ut proinde non deficiant leges, uti deficiunt legum verba, erudite ostendente Mœstert: *de just, ll, Rom, c,* 1, *lib,* 1, quò sensu jurisprudentia nostra rectissimè Celso ICto, ars boni & æqui dicta est, in *l,* 1, *ff, de I,* I, Omnis scilicet æquitatis & justitiæ tenax, per interpretationem leges declarans restringens, extendens.

III. Ut autem quodammodo constet, quænam hoc in negotio sint partes Regum principumq;, quæ ICtorum ac judicum, melioris ordinis causa, tenendum est, interpretationem non uno modo considerari & (1) quidem, ut est Juris expressi, quando mens & voluntas legislatoris ex verbis legum planè est evidens & aperta. Tunc enim non admittitur voluntatis questio, sed lex ut scripta est, ita servanda, *l, ult, C, de ll,* etiam si dura, *l,* 12, *ff. qui & à quibus manumiss, &c,* adeo ut Judex ex norma legum nostrarum sine cunctatione heic teneatur sententiam dicere, *cap,* 25. tingm. *ll, fl,* 9. § 3. *Vpll, fl,* 9. § 1, *Smll, c,* 13. Rådst. § 4. tingm. *D, ll,* Vel (2) ut est Juris penitus obscuri, ita ut plane nescias, an quæ jam evenit, casum legislator voluerit sua lege comprehensum, vel non. Adeundus hinc est princeps, ut eam legem interpretetur, cuj' sensum assequi alij non valent, per *e c, text, add,* Perezius *ad d, tit,* C, *n,* 19. & Gudelin. *d, l,* (3) ut est, Casus saltem dubii, h. e. quando causa non adeo est obscura, ut excedat interpretationẽ. Tunc discussis diligenter omnibus hæ viæ tentandæ sunt: in benigniorem partem inclinandum, *l,* 18, 19. *ff. de ll. n.* 31. *Reg. judic.* 1. 5. *C. de bonis qua lib.* vel id respiciendum, quod verisimilius, & plerumq; fieri solet, conf. brevita-

vitatis causa, *l.* 9. 114. *ff. de R. I. cap.* 15. § 1. Erf. ll. *c.* 11. *eod.* Sl. Proniores nos esse debere, ad juvandum reum, quam actorem, *Reg. judic. n.* 40. *c. cum sint XI de R. I. in 6to l.* 41. 125. *ff. de Reg.* Possessores majori esse favore dignos, *l.* 129. *ff. de R. I. c.* 43. § 1. Bygn. ll. quo pertinet illud: Ilt är widägandens at dhela/ fl. 5. & 13. § 3. Jord/ Upll. fl. 27. § 1. widerb. *eod. c.* 30. *in fin.* Jord. ll. Quin & ipsi legum textus fontes sæpenumerò aperiunt, plurimos hinc illinc occurrentes casus ad specialia legum verba applicandi. E. G. quando lex nostra Svet. in specie de re aliqva certa loquitur, additq; hæc verba: eller adrafäste *c.* 11. kiöpm. ll. Hwad dhet hälst är/ *l.* 13. *eod. ll.* eller hwatjehanda thet hälst är/ *c. ult.* Bygn. *ll. c.* 6. & 11. tiufm. ll. Standi tylick lagföre i allum wänstamalum/ fl. *ult.* Erf Upll & passim; vult illos ad consimiles longeq; plures extendi. Mitto heic alias interpretationis restrictivæ ac extensive regulas, quas prolixè in hac materia afferunt D D. vid. Hug. Grotius lib. 2. cap. *de interpretatione*; *Dn. Loccenius in exerc. & Syn. I. priv. de interpret.* In quibus ut judicare perpenso judicio judicem posse & debere puto: ita multo magis I&i videtur, heic se interpretem gerere. Quo sensu omnino observanda sunt isthæc in Regulis judic. *Si perplexa & ambigua causa accurat, de qua non scripta lex, sive in jure provinciali, sive municipali exstet, nec communis ac rationabilis de ea consvetudo, detur, secundum quam judicari possit: ibi audire licet bonorum virorum consilium, & judicare secundum exactissimum suum intellectum ac conscientiam instructam, ut causa tandem decidatur. Sic enim exigit judicis officium, ut controversias dirimat ac finiat*, n. 39. Et ita in ordin. judiciali, quoq; sancitum, per verba: ock icke skiuta någon sak ifrån sig/ nisi in causa judicata, vel ei foro exempta ac penitus obscura indecisaq; confer *Art.* 7. *d. ord. & Art.* 20. Rättg. *process.*

VI Causa vero penitus perplexa, nostris olim *vandamal* dicebatur. § 4. tingm. *D ll. c.* 13. Rädst. & ita in Olofs Saga *cap.* 90. de Olao Skot-Konung: Deir Satu yfer domum med gonū/ oc rådu um

vandàmal: Enn dat var en vandalaust/*&c.* Potuitq; talis causa si de jure non constaret, à judice teritoriali ad provincialem referri *fl.* 10. *ting.* 10. *m.* ll. *c.* 25. *edd. ll.* Non ceu putant quidam, veteris juxta & novi processus ignari, ut judex provincialis sua velut legislatrice interpretatione, eandem ipse explicaret dirimeretq; : sed saltem, ut intermediâ ejus operâ, eò facilius Regi, vero & legislatori & interpreti authenticè explicanda traderetur. Quæ vera est, legum nostrarum sententia, solidioribus jurisprudentiæ fundamentis, ipsisq; adeò longissimi temporis veriori praxi roborata. Quippe cum solius sit Regis: Omne verum exquirere: Jallmàhl sanning vthletha: Judicum vero, ex legibus causas decidere, lag ftilia/ ceu etiam explicat Nob. Dn. Stiernhöök/ *in de I. vet. p. 39. judices inferiores strictè ad jura alligatos esse, conf. præter cc. text. c.* 4. § 9. *c.* 21 22. *&* 41. *in fin.* tingm. *Confirm. ll* Upll. vers. Nu hawer war truin ti miſtuman Herra Byrgir Tiunda lagman oß tryggeliga fumnigat. Vid. etiam notabile exemplum, in S. Oloffs Saga/ de Emundo judice provinc. Vestrogothiæ, qui dixit se ad regem venisse: Ut decisionem quorundam casuum à Rege obtineret, aliter in legibus Vestrogothicis aliter in Uplandicis dijudicatorum, de qua re Ampliſſim. Dn. Olaus Rudbeck in Athlantica sua curiosa, nos quoq; sufficienter docet, c. VII. p. 219. & p. 284, 285, prorsus vero egregiè in c. 21 p. 546 per verba: *Siq; forte legis mutationem aut etiam legem, novam, necessitas vel etiam novus aliquis casus exegisset, nihil tale judici &c. Sed ad Regem Jovem sive Minoem supremum totum illud negotium referendum fuerat,* vid. etiam p. 547. & seqq. Adeò, ut nec interpretandi hæc facultas, ob dictas rationes, judiciis aulicis, jure nostro competat. Conf. præter innumera fere rescripta regia, alio alioq; tempore in causis perplexis ac indecisis à Regibus dicasterijs data, *Ipsam Dicasteriorum instructionem regiam, d.* 14. *Febr.* 1614. Exempli vero loco nominasse sufficiat saltem *rescriptum Reg. de Pœna iterata fornica-*

nicationis,1615. Deq; ære alieno,quod durante matrimonio contra-ctum eſt, ex indiviſis conjugum bonis ſolvendo, *Dicaſterio Aboënſi datum, d.17. Novemb.* 669, Immò judex inferior juramento ſe ſæpe purgabat, quod legem de hac illavè lite neſciret, vel quod in legibus non eſſet ſcriptum, *d c.* 25. Ting. *Ll. c.*13. Rådſt. Haud ſanè aliter quam ſolebant antiqui Romani,hâc formula: Sibi non liquere, ut eſt apud Gellium 14. 2. & Briſſon. *in formul.* Hodie verò,ut interpretatio Juris penitus obſcuri, per *cc. text.* ad ſummam ſpectat majeſtatem: ita mediata illa, à judice territoriali ad provincialem relatio,qua præconis magis, ut dictum eſt,quam interpretis vices obivit, propter certas rationes & cauſas quoq; ſublata eſt, d. *Art.2. ordinant judic.* 1614. Relatio ergo, ab inferiori judice, non ut olim ad judicem fit provincialem,ſed ad Judicia aulica,quorum tamen non tam eſt interpretari,quam de perplexis illis caſibus à Rege ceu ſupremo interprete reſcriptum petere,ut prolixè probatum ſupra. Prolixius iſta hac vel præcipuè occaſione explicanda cenſui,non tantum ut obſcurioribus quibusdam legum noſtrarum locis aliqua accederet explicatio; Sed ut quæ Regum principumq;, quæ Magiſtratus & judicum,quæ demq; Iɛtorum eſſent circa interpretandum partes,quodammodo conſtaret. De cetero tenendum, in dubijs caſibus rectè cognoſcendis examinandisq; præcipuū olim exſtitiſſe nembdæ officium c. 26. 34. 35. Kon. B. tot. ferè tit. Högm. B. c. 42. Edz. B. Nob. Stiernhöök/ d. tr. p. 55. 56. ut in actiones & cauſas juri ſcripto, ac conſvetudinario applicando,judicis, per cc. text.

V. Quod attinet 4.to interpretationem Juris deficientis, exq; æquitate explicandi; quæ ultimo loco ſeſe offert; tenendum eſt, æquitatem nec idem planè eſſe cum jure,nec toto tamen genere ab eo diſtare, Ariſt. 5. Eth 10. Originem verò ejus eſſe, ex univerſali lege. Non enim legum latores, omnes poſſunt articulos (τὰ πρὸς πίπτοντα Ariſtoteli *III. Pol. XI. dicta*) ſingulatim aut legibus

pud populum residente) suo sibi jure in civilibus habebant jurisdictionem, *l. 5. 3. ff. de Jurisd. l. 1. ff. de officio ejus cui mand.* Ita ut crimen læsæ majestatis in illos eo nomine etiam committi diceretur, *l. 1. §. 1. ff ad l. jul. majest.* Hinc in Juris Cæsarei libris aliud judicare, aliud jus dicere, *l. 10. l. 13. ff de jurisd.* aliud jurisdictio, aliud nuda notio, *tot. tit. C. de judic. pedan.* Hinc jus dicentis officium latissimum: *Bonorum possessionem dare, in possessionem mittere, pupillis non habentibus tutores constituere, judices litigantibus dare, l. 1. 3. 4. ff. eod.* Minores facilitate læsos in integrum constituere, *l 1 § 1. ff. de minorib.* Sententiam judicum a se datorum exeqvi. *l. 15. princ. ff de re jud.* mulctam dicere, pignora capere, *l. 1. ff. Si quis jus dicenti non &c. l. 4. §. 2. de damno inf.* Cum judex saltem cognosceret exq; formula judicaret, vid. *tit. C. de jud. peda.* Mutatò vero reip. statu, in rei veritate Magistratus ministerium saltem Augustis in jurisdictione ex legibus exercenda præbebant, propriam neq; habentes jurisdictionem, neq; imperium mixtum nisi æqui vocè sumptum. Quæ secretior ratio est legis. *Ult. C. ubi & apud quem cognit. in integr. &* Tituli per Constantinum sublati, Codicis *de formul. & impetr. act. subl.* Quid! qvod hinc appareat, qvare aliter sæpe de Magistratib. digestorum, aliter Codicis leges loqvantur, ceu rectè qvoq; observavit cl. Feldenus, *part. 5. Elem. I. univ. p. m. 981. p. 1040. p. 1052.* Ut adeo non videam, qva ratione in statu verè regio, magistratus, propriè dici possint, suam sibi habere jurisdictionem, *vid. l. 1. § ff de offic. ejus cui &c.*

II. Jurisdictio hodie proinde, in statu Regio à principe tanqvã à fonte in Magistratus inferiores dimanans, ex voluntate deferentis & legum Regulis præcipuè venit æstimanda. Cui tamen jurisdictio data fuerit, ea quoq; concessa esse videntur, sine qvibus jurisdictio explicari non potest, ut meam hic ex *l. 2. ff. de Jurisd.* proferam sententiam. Judex secundum vulgarem distinctionem est vel *ORDinarius* vel *Extraordinarius, vid. tit. Inst. Jur. Can. de Judiciis tit.*

De

De cretal. de offic ordinar. Ille *qui à supremo magistratu potestatem jurisdicendi ordinariam habet* Hic, qvi *limitatam & præscriptam judicandi potestatem habet*; Idq; sive ex mandato & commissione superiorum, unde commissarius vel delegatus judex dictus est; vel partium compromisso, idq; iterum vel jure ita dispenente *l. 16, l. ult. C. de jud.* vel libera voluntate sive ad litem arbitrio suo instar judicis decidendam, arbiter vel compromissarius nuncupatus, *tot. tit. ff. de recept. & qui arbitr.* vel ad conventiones determinandas & amicabiliter componendas, *arbitrator* communiter dictus, vid. *l. ult. C. contr. empt & Mast. de Just. L. L. Rom. lib. 2. cap. 12.*

III. Secundum ordinem hujus Regni, judicum alij sunt in provincijs, & qvidem (1) Territoriales Häradzhöffdingar) cum suis vicarijs ac Nembdis, in infima judicantes instantia. (2) *Provinciales* (Lagmän) cum suis in secunda instantia: *Alii in oppidis, urbici*; iiq; vel inferioris vel superioris curiæ. (De qvorum omnium jurisdictione, vid omnino *Artic. 1. 2. 4. 7. Ordin. Jud.* 1614 *it. Consf. Assess.* 1643. Qualis V. olim esset docet Dn. Stiernhöök. *d. l. vet. lib. 1. c. 2: 3. add. Antiquit. Sueo Gothi. lib. 11. c. 3. Dn.* Loccenij, vel supremi Judicii cum suis consiliarijs & Assessoribus. De cujus Jurisdictione & officio est, in *cap. 10 & 41,* Tingm. B. *Art. 10. ordinant, judicialis,* per verba. Hwilken wii så vthi wår när, som frånwara gifwa macht at döma Konungzdoma. h. e. cui tam in nostra præsentia qvam absentia damus potestatem administrandi Regium judicium. Qui sensus, qvæq; verba ex d. *cap. 10.* tingm. B. videntur desumpta. *Conf. Art.* 8, 13 14 *deordinant.* Quænam vero causæ ad summum illud judicium immediate devolvuntur ac pertinent, traditur in Art. XX. XXI. Procefs. Judic Suntq; (1) *Appellatæ* (2) *læsæ Majestatis* (3) *in Regia inquisitionis Animadversionisq; judiciis olim dijudicari solitæ.* (vthi Reíst och Rättare ting / *vid. c* 10. *c.* 41. ting. B. fl. 2. Reíst. b. oll. *d. l. 2. Antiq. Sveo Goth.* 3. *& lib. 1. de jure vetust. p.* 37. 38.

(4)

(4) *Justitia denegata vel protracta.* (5) *Privilegiatorum, vid. tamen Art. 13. ordin. Jud.* (6) *Academica,* (7) *A Rege remissa,* add. consil. Affess. 643 punct. 3.

4. Circa Judicis qvalitatem præsidia animi corporisq; veniunt examinanda. Animi qvidem primum ac præcipuum commendo: Amorem Justitiæ, cujus gratia judex constituitur. Qui efficit, ut non ἀνθρωπαρεσκοπολήψίας tantum; Sed sine omni alio etiam impedimento æqvum ab iniqvo separare studeat. Hoc judicis præsidium, ut alijs longe maximis initiitur virtutibus; ita plurimas qvoq; suo excipit gremio & complectitur; qvas colligere ex varijs legum locis facile foret: festinationis autem causa saltem nomino, *Cap. 35. Kon.* B. c. 1. Tingm. B. c. 1. Kon. Sl. *Art. 6. proc. Jud.* ſl. 4. 4 6. R. Stytilſ. Alterum animi præsidium est, ut secundum veram judicet rationem. Ad quam rem duo apprimè necessaria, (1) *Scire accurate jus,* secundum qvod omnes casus dijudicari debent (2.) *Factum, quo de disceptatur.* Hoc opus, hic labor. Juris proinde legumqve penitus ignaros sancta respuit Themis: nisi ubi qvis, certæ alicujus rei notitiam habuerit; ut qvando de re militari miles, de re rustica rusticus judicat, & sic in alijs, *vid. l. 17. C. de judic l penult. ult. ff. de jurisd. omn. jud.* vel magistratus, qvi in consilium adhibere potest, legum peritus, *vid. Cujacius in Nov.* 82. Scituri tamen, *quod non magis alios judicant, quam ipsi judicantur, cum etiam ipsis magis quam partibus terribile judicium est, si quidem litigatores sub hominibus, ipsi autem DEo inspectore adhibito, causas proferunt trutinandas, l. 14, in fin. C. De Judic.* Tantum de præsidijs animi. Ut paucis me absolvam: Judices agere Ratione corporis non possunt, surdus, mutus, morbo sontico laborans, *l. 12, § 2, l. 46, l. 40. ff. de Jud,* Cæcus tamen aliqvando *l. 6 ff. eod,* 4. Memoriæ causa, qvæ de judice constituendo dicta sunt, ita contraho: *Sine jurisdictione, judicium est tantum usurpatum: Sine amore justitia injustum: Sine Ratione & legibus temerarium.* En videamus

mus

mus, hæc eadem nostris majoribus perspecta cognitaq́; : Hwar rätter Domare will wära/ han skall hafwa treggiehanda nader af Gudhi: kunna skiäl mällum rätt och wrangt/ ok willia alt ther rätt är/ ok inte annat: och gita rätten fullkomnat med huxan ok med ärwäde. med ordana framförilse ok giärningana fullkommilse. h. e. Quicunq́; verus esse vult, judex, tria â DEo beneficia habebit, æqvum ab iniqvo separare: amore justitiæ omnia & nihil aliud velle: Juris justitiæq́; partes animo & opere, verbis & factis explicare. Dictas qvoq́; partes in ipsa paganismi memoria, Haud fudr, egregiè officio expressit, de qvo in historia Hervarar: Han war både forspar ok spaker ok wakur ad witi: han war sätter domandi i ferobol daulaund/ er honoui lan inaind: han damdi aldren rangan dom: engin dordi eda durfti hans dom ad riufwa. c. 1. d. Hist stylo ferreo, saxo etiam impressum Runico, Spiutvari nomen, non minori laude splendet; De qvo lapidis Kiulensis in Sudermannia inscriptio talis exstat:

ᛋᛒᛁᚢᛏᚢᛅᚱ × ᚢᛁᛋᛁᛏᛅᚢᛚᛅ × ᛋᚢᛘ × ᚢᛅᚱᛁᛏ ×
ᚼᛅᚠᚦᛁ × ᛒᚢᚱᚴ × ᚢᛘ × ᛒᚱᚢᛏᚾᛅ × ᛅᚢᚴ × ᚢᛘ ×
ᛒᛅᚱᚦᛅ × ᚠᛁᚱᚦ ×

h. e. *Spuitvar sapiens ac dissertus, qui præsidium fuerat oppressorum & injuria affectorum.* Immortale judicis encomium. *Burg* enim antiqva lingva præsidium, vel castellum denotat. Ut alios in historijs nostris passim commemoratos heic prætercam. Confer imperatoris Basilij Const. περὶ δικαστικῶν inter Constit. imperatorias.

ARTICULUS Secundus.
De officio Judicis Constituti.

Compositio tentanda, fit sine contemptu facilis, memor calculi judicialis, non contra leges judicare. Quod omnibus est observandum, etiam superioribus. In cognoscendo an-

te & post lit.m contestatam partes processus observentur, caveat Judex nullitates. Merita causarum observet, in causa, persona, loco, tempore eventu, attendat ad acta & probata & qui probandi modi. Ad postremum inferenda sententia inspiciat pacta, consuetudinem, statutum loci jus commune. Nullitates in jure Svecano quæ declarantur. Via judicandi duplex, & officium judicis duplex.

JUdicem inprimis meminisse oportet, ad amicabilem compositionem vel formam compromissi svadere, *c.1. sub fin. X. de mutuis petit. Art. XXIII. Processf judicialis per verba*: Wij biuda och befalla at wåra tilförordnade Domhafwande och Besittiare för all ting beslyta sigh der om/ huruledes dee kunna förena och förlijka dee stridiga parter/ etc. Quo pertinent aurea & sericea verba legum O. G. ad calcem tit. Bygda balker.

Thet är högst i Lagum/ ne ok ja.
Thet är bäst i Lagum sätt ok sämia.

Invitos tamen judex cogere non potest, nisi incertis casibus, vid. Carpz. Jurisp. for. p. 1. Const. 1. def. 11. n. 3. immò ne in omnibus quidem, promiscuè transactio admittitur, *vid. tit. ff. & C de transactionib. a.* 17. 18. tingm. *c.* 24. Edz. ll. *Art.* 6. Norköp. Besl. 1604. *Art.* 17. Rättg: Ordin.

In adeundo facilem quidem sese præbeat Judex, sed contemni non patiatur, *l. 19. ff. de off. præsid. l.1. pr. ff* de postulando. Immò mansuetè loqvi debet cum sistentibus se judicio, qvod nisi faciat, suspectus habetur. Reg. Jud. n. 21. Omnium vero maximè cogitet; se calculum judicialem non nisi præstito Sacramento accepisse: *Omninò sese cum veritate & legum observatione dispositurum, l. 14. C. de jud. juncta ibi authētic. hodie, c.1.* Ting. *c.* 1. Rådst. *Art. 6.* Rättg *process. & art. 6.* Rättg: ordin. Nec aliter judicaturum qvam legibus, consvetudinibus & moribus proditum est, *pr. Inst. J. de offic. Judic.* νόμοις ἑπομένῳ ἀποδοῦναι ψῆφον: legibus cognitam edere sententiam, *ut est in Nov. 126. c. 1. l. 40. ff. de judic. l. 2. de pœn. jud. male judicant, c. 3. dist. 4. Postquam enim leges latæ sunt, non de ipsis, sed secundum ipsas judicandum*

dum. Ita etiam in jure nostro, *cap.* 1. §. 1. *c.* 2 § 1. tingm. ll. *Art. 6.* Rättg: *processf.* Effter Swėriges Lag/Rijkzens stadgar/afhandlingar och Beslut/gode losl. bruk och sedwane/*cap.* 41. Ting ll Lagman eger lag skillia/vid. Nobiliss. Dn. Stiernhöök de jure vetust. *lib.* 1, *c.* 2, Quo etiam illa: At Lagmans Stadz- och Häradzrätterne icke må hafwa wåld til at grunda sina domar på egen godtycko/vthan på klar Lag/rc. Men såsom Hoffrätterne måste här vthinnan lämbnas friiare händer/så är Kongl. Maij:tz willia / at the een sådan macht warsambligen bruka. *Resol. Reg. super querelis Nobil.* 1668. *add. Art.* 16. *ordin. Judic.* Ita ut præceptum istud ad omnes omnino judices superiores & inferiores pertineat. Is namq; rerum judicialium circulus esse debet, ut quemadmodum omnes leges civiles â majestate qvadam proveniunt, ita illis convenienter est judicandum, usq; dum ad eandem perventum fuerit majestatem, ceu pluribus infra, in de ICto interprete ostendimus.

II. Porrò judicem & ad *Processum* & ad *merita causæ* attendere oportet. In Processu, veluti de præmittendis vocationibus in jus, *§. fin. inst. I. de pœna temere litig. ff. & C. de in jus vocando,* 7. *Eccl.* 8. *Cuiac.* 10. *obs.* 10. *cap.* 21. Rådst. oll *c.* 12. 28. 29. Ting ll 7. Rådst. 22. Rättg. *proc.* recipiendis reijciẽdisq; libellis, *l.* 1. *ff. de offic. Assess. Art.* 24 *pror. judic.* Audiendis responsionbus, *l.* 1. *C. de lit. Contest. c. si quis post test. XXIII. q. IV.* Dandis dilationibus, *vid. tit. ff de feriis & dilat. tit. C. de dilat. c.* 25. 34. tingm. 13. Rådst. *Art.* 26. Rättg. *processf.* Diligenter præterea animadvertendum, ut omnia ordine solenniq; judiciorum forma juxta circumstantiarum qvalitates peragantur. *l.* 1 *& penult. C. de exec. rei jud.* ne ex defectu processus legitimi, nullitas oriatur, *vid. Sebast. Vant. in tractt. de Nullit. tit. de nullitate ex defectu processus.*

III. Merita causarum quod concernit, Perspiciendum est judicanti, *ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quam causa deposcit,*

scit, nec enim aut severitatis aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso judicio, prout quæq; res expostulat statuendum est, l, XI, ff. de pæn. Considerandaq; causa, persona, locus, qualitas, quantitas & eventus. Quæ omnia *in l. 14. ff. eod. explicantur. Confer Reg. Jud.* verba, *n.* 8, *n.* 41 J alla saker skal Domaren wetta förft/ hwad nampn saken skall gifwas/om thet är Edzöre/ Tiufweri/ såramål medh willia eller wådha/eller hwad som helst thet skal räknas före/som giordt är. och sedan skal ther dömas om / effter som åraudet sigh begifwit hafwer. *ad. n.* 36. Perspiciendum quoq; intentio agentis, numne recte, satisq; probata sit vel secus. *l. 2. ff. & C. de probat. l. 23. C. eod.* Actore enim non probante reus absolvitur, *n.* 35. *Reg. Jud.*

Contigit autem qvid probari varijs modis : *Confessione* partium, *tit. ff. de confess.* Känd sak är så godh som witnad. *c.* 11. § 1. dråp. vil. Sl. *Reg. Jud.* 17. de positione testium, *tit. ff. de testit. & C. eod. Paul. recept. sent.* 15. 6. *cap.* 20. tingm. ll. *per verba* : detta kallas wittnes måhl. Instrumentorum exhibitione, *tit. ff. & C. de fid. instrum. Eccl.* 2. 3. *c.* 6. u. Jord. Sl. *c.* 10. 18. § 1. Erf. Sl. *c.* 9. § 1. Bygn. Sl. 10 u. Jordb. ll. Jurisjurandi religione, *tot tit. ff. & Cod. de Jure jur. Syn. Basil. l.* 22. *tit.* 5. *tit. XIV lib. III. Inst. Jur. Can.* § *quod enim nec testib. c.* 19. § 1. tingm. ll. maximum namq; remedium expediendarum litium in usum venit jurisjurandi religio, qua vel ex pactione ipsorum litigatorum, vel ex auctoritate judicis deciduntur controversiæ, *l. 1. ff. eod.* usum vero jurisjurandi legalem tenere maximi est, de qvo heic nihil. Inspectione judicis vel alijs adminiculis. De qvibus passim in jure Cæsareo, Canonico, Suecano & apud Doctores.

IV. In causa autem cognoscenda, eademq; definitivè pronuncianda, hic ordo servandus est, Omnium primò *inspiciat judex quid actum est, Contractus* scilicet *& pacta*, vid. exemplum *in l.* 19. § 1. *ff. loc. cond.* lex enim contractus servanda est, *l.* 23 *ff. de R. d. l.* 72. *ff. de contrah. empt. c. XXI. XXXII. de Reg. I. in 6. to* Förord bryter lag/ *R. Jud.* 4.

vid.

vid. R 12. Jur. Locc. Si nulla adfint pacta, confvetudinem *l. 32, 37. ff. de ll.* Si nec illa exftet, ftatutum loci, *l, 3. § 4, vers, hoc ita verff, quod vi aut clam.* Si nec ftatutum, jus comune, id vero fi difcrepet, Noviffimum feqvatúr, *l, ult, de Conft, princ, l, 12, C, de pact, l, 26, 27, ff. de ll.*

V. Si proinde directe contra leges & conftitutiones fententia lata fuerit, puta impubrem teftam. condere poffe, fententia ipfo jure nvlla redditur, *l, 19, ff. de appell, l. 1. §, 2, ff. quæ fent, fin, apell, l, 2, C, quando provoc. non eft neceffe, verb, fin, c,* 30, Jord. II Aliud dicendum fi in facto fuerit iniqva, *vid, Carpz., Jurispr, for, p, f,* Conft. 26. def. 24. & l. 3. Refp. 98, n. 21. Georg Schultzen proc. judic. part. 1. c, 4. In jure Suecano non tam multæ occurrunt nullitatis fpecies, qvam recenfet Vefemb, in Parat. *ff, l,* 48, *tit,* 8, *n,* 2, cumq; illo alij paffim. Immò non usq; adeò attendi folent: nifi pleraq; fint confufa, proceffus inordinatus, atq; inverfus, acta manca & imperfecta: nifi deniq; vel ex jurisdictionis vel effentialium recepti proceffus partium defectu proveniant. Quales funt nullitas juxisdictionis vid. informationis caufa *tit, C. fi, a, non compet, judic, judicatum, l, ult, ff, de Jurisd, Gail, lib,* 1, *obf,* 42. 118, neglectæ citationis, *c,* 12, 28, 31, ting. II. 21. Refft. oII. Sententiæ in propria caufa latæ, *l,* 10 *ff, de Jurisd, tit, C, ne quis in fua cauf, jud, Regul, jud,* 7, Ingen må wara domare i fin egen fak. Nifi qvod aliquando judex, de fua Jurisdictione cognofcere poffit, *Andr, Gail, lib,* 1, *obfer,* 34, *n,* 1, *It,* fententiæ in non contumaciter abfentem dictæ, *c,* 28, tingm. II. 15. Jord. II. Item fententiæ de caufa in judicio neq; mota neq; propofita. *c.* 29. tingm. II, fl, 8, *Vpll. eod,* Reliqvæ nullitates non usq; adeo attenduntur, quin præftet interponere appellationem, etiam in hifce ob multas caufas, vid. etiam obferv. J. Illuftris R. fenatoris Dn. Rålamb. *lib, II, c,* 7, *obf,* 2

VI. Judices hodie ratione & via duplici fuum ut plurimum peragunt officium, vel præmiffa actione & accufatione, vel alias auctoritate juris in publica fcelera, Contra famofos aliasq; fui officij re-

inquirendo. Id, apta non satis voce pragmatici *Mercenarium*, hoc *Nobile officium* appellantes. Quam distinctionem, ut in Academijs docendi gratia, retinendam censeo, ita praxi, quam juris Romani textibus convenientiorem non abnuo. De officio nobili intelligi tamen potest, *l*, 13, *in princ*, *ff*, *de offic*, *Præsid*, *æquivocè etiam cap*, 10, *&* 12, Rådst. per verba: Hwar någor åkärandenär eller en/ och är gärningen uppenbar. Nobile enim officium proprie quidem jurisdictionis est, non vero nudæ notionis, ut observavit qvoq; Cl. Dn. Vinnius in *Comm*, *Inst*, *de offic*, *jud*, Improprie verò, ad alios etiam applicatur judices, quoties, in certis casibus, lege permittente non deserviunt, propositæ actioni, vel ut clarissimè dicam: quoties judex ab eo imploratur, nullam qui cum alio controversiam habet. E.G. quando restitutio famæ, functio aliqva, legitimatio, & id genus petitur, vid. Mynsing. ad d. *Inst*, *tit*, Ut ex adverso, mercenarium est, quoties actioni propositæ deservit. Sed de hisce satis.

ARTICULUS Tertius.

De recusatione judicis.

Jure civili ordinarius judex non recusatur, secus Canonico, consvetudinario, Svecano, simplex tamen suspicio non semper sufficit, quid jure nostro obtineat, disquiritur.

APertissimi Juris est, licere litigatoribus judices delegatos, antequam lis inchoatur, recusare, *l*, 16, *l*, 12, § 1, *Cod*, *de jud*, An ordinarium liceat quæstionis est In utramq; partem varij afferri solent juris Civilis textus. Verior tamen, ex juris arte videtur affirmativa. Jure Canonico res expedita est: posse etiam ordinarium recusari, *c*, *suspicionis* 39, *X*, *de offic*, *&* *potest*, *jud*, *deleg*. Quod praxis quoq; per Germaniam & Galliam approbavit, teste And. *Gail*, *lib*, 1, *obs*, 33. *&* *Gothofredo ad l*, 16. *C*, *de jud*, Jure Svecano nullam id dubitationem, recipit per claros textus, *in cap*, 36, Kon. B. 36. Ting. B. *Art*, 8, Rätg. *process*. Nudam autem suspicionis allegationem recusationi non sufficere, sunt qui existimant; ne fenestra aperiatur malitijs hominum

num, & modo judicibus sine causa insultare gestientium; absurdum etiam & contra omnem saniorem judiciorum morem fore dictitantes: audire qvid affirmantem sine probatione, *l, 2, l, 19, ff, de prob,* Et sanè, quin id de summi judicij aulici consiliarijs ac Assessoribus verum sit, nos dubitare vetant clarissimi ea de re juris nostri textus, per verba: nu än then saken gifs rådes nagon/ ꝛc. anten för skyldskap/mågsämio wänskap/ ꝛc. och giter thet märkeligen pröfwat in til eens treggia eller tweggia / *c, 36,* Kon. ll. *add. d, Art,* 8, Rättgångs *processf.* Et ita jure etiã canonico obtinet *c, causã qua & c, insinuante extr de off, deleg, add, inst, Jur, Can, Lancell, lib, III, tit,* 1. § *Recusatione quoq; per text.* ut puta, *si judex datus dicatur dominus litigantium, aut consangvineus, aut advocatus, aut cum altero immodicam contraxisse familiaritatem, aut ab eodem in alia causa partem appellasse, &c.* De cæteris vero omnibus judicibus inferioribus, an idem sit affirmandum, majoris est ex jure nostro disquisitionis. Sanè eadem pro hisce quoq; militare videtur ratio, quamvis non ejusdem sunt cum ceteris auctoritatis; maximè, cum constet, Juri nostro compilando interfuisse Clericos, sui juris in talibus nunquam non minimum religiosos curiososq;. Quod ex innumeris legum ac documentorum publicorum locis probari porest. Aliud tamen, hoc in negotio nostris olim placuisse, vel id argumento est; quod majores ab ipsa paganismi memoria libertatis suæ tenacissimi; sic adeo non passi sunt, invitis sibi ac repugnantibus obtrudi judices; ut proprio potius in singulis causis arbitrio nominatos assumerent eligerentq;. Ita enim antiqvis legibus proditum est: Hwar nämbd nämnis tha nämnis the män ther badha sena ja widher som wid dehlas. *fl,* u, § 4, tingm. Upll. *fl. 9, eod, vesm, ll,* ¶ 9. *eod, D. ll.* & passim ut, jam dudum Nobiliss. Dn. Stiernhööt *l, 1, c, 4, p, 55, 1 de J, V,* etiam observaverat. Confer Selectissimas Ampl. Dn. Verelij *not, ad c, 14, Hervarar S.* ad verba Han hielt med sier tolf Spekinga. Quid! quod expressis verbis sancitum sit, eum debere decedere judicio, quem si-

ve actor five reus non tam suspicionis convincit, quam postulat; ut est in c. 36, tingsll. Nihilq; aliud vult ista locutio: jäfwa någon wåldigan: quam suspicari aliquem studio partium addictum, ceu rectissim. quoq; vertit, B. M. Dn. Loccenius. Et ea est vocis ejus in alijs quoq; locis genuina acceptio, *vid, fl,* 11. Kyrk. *Vpll, verb,* Jawas om. *fl,* 13. § 7, Erf. *Hll,* jäfwas ther om. Jäf, dubitatio scrupulus, c, 11, Erf, Sl. c, 13. Rådst. & passim. Quare etiam aliud est jäfwa in *ll*: aliud wräka; prius propter suspicionem saltem: hoc propter sonticas & exceptione majores causas aliqvem recusare, wräka vero, est rejicere, pr. Kon, *V, G, ll,* ~~[illegible]~~ vide etiam Nob. Stiernhielmi, indic. *ad ll. VV. G.* Quod ex processs, judic. luce quoq; meridiana, longe clarius est, per verba: Så at kärranden eller swaranden kunde icke allenast jäfwa honom wara wildugan/ uthan och wräka honom medh rätta uthur rätten/ Et hæc quoq; sententia est Ampliss. Consultissimiq; Dn. Præsidis. *d. Art,* 8. Ex qvibus omnibus saltem judicari potest, qvid de recusatione judicum inferiorum ac superiorum ex mente legum nostrarum sit tenendum. Id saltem addentes: Ubi leges distingvunt, esse distingvendum: ubi vero leges non distingvunt, nec nostrum esse distingvere, ut est in trito Doctorum proverbio. De causis recusationis, formula, tempore, & id genus alijs, utiliter legi potest *Dn, Georg, Schultzen. part. 1, process, judic, c,* 4. *n,* 55, cum seqq. De pœna v. malè judicantium aliquid heic esset quoq; dicendum, si ratio instituti permitteret. *vid. tot, tit. C, de pœna malè judic, &* ¶ *Inst, de obl, quæ qv. ex delict, nascuntur,* & ibi Doctores, *cap, III,* tingm. ll. *M* Rådst. 6. *Art,* 15. Rättg. *ordin.*

Memb. Secundum.

ICTUS. INTERPRES.

Legum authentica interpretatio ad principes pertinet, Jure Romano ac Suecano. Ictis sita tamen, in casibus dubiis, qui interpretationem legalem non excedunt relicta

est. Inperspicuis est nulla, in penitus obscuris, & quando jus scriptum ex æquitate supplendum est, principis desideratur ἀναλυσις.

LEgis interpretationem culmini tantum principali competere, nemeni venit in dubium: cum promulgandæ quoq; legis auctoritatem fortunæ sibi vindicet eminentia, ceu loquitur imperator in *princ. Nov.* 143. Inter æquitatem scilicet jusq; interpositam interpretationem, solis regibus & principibus oportet inspicere, quæ verba sunt Constantini in *l. 1. C. de ll.* Legum enim ænigmata solvere, & omnibus aperire, quis idoneus videbitur, nisi is, cui soli legislatorem esse concessum est; *l. ult. C. eod.* QVIS denuq; tantæ superbiæ fastidio tumidus est, ut regalem sensum contemnat; *l. c* Hisce non sane inconvenientia sunt, quæ de interpretatione authentica nostri principis in legibus nostris passim occurrunt, *vid c. 4.* § 9. Kon. B. *c. 21. in fin. 22. in fin* & 41. Tingm. B. & quæ Gloriosissimæ memoriæ Rex Gustavus *in Art. 2. ordin. jud.* sancita reliquit: Doch måge the (*de judicibus inferioribus est sermo*) ther något iåf är å färde/eller märke sigh icke wetta i detta fall hwad lag är/så länge opsättia domen/ at the sigh hoos oß eller wåra förordnade öfwerste domb förspöria måtte.

II. Quæ tamen omnia, non illum habent sensum ac si ICtis omnis interpretandi facultas magistratusve officio fungentibus, penitus esset adempta: Sed saltem eam radicaliter & authentice ad summam spectare potestatem, maximè quando vel interpretatio, legislatæ mentem egrediatur, vel lex adeo sit obscura, ut ambigatur, num factum quo de agitur, legis mente comprehendatur, vid, Gudelinus *de jure. Novissimo lib. 5. c. 2.* Arn. Vinnius *selectar. questionum, lib. 1. c. 2.* Perezius *in tit. C. de ll.* Struv. *in synt. I. exerc. 1. n. 39.* Alioquin, nullus ICtus, non potest tantum, sed & leges interpretari debet, *l 17. ff. de ll l placuit C de judic.* Neq; ea mens imperatorum *in l. cc* vel legum nostrarum est, quasi alijs, sive ICtis, sive judicibus non liceret, secundum mentem legislatoris, jus ad normam æquitatis

exigere ac recte explicare: Sed prohibent, ne prætextu æquitatis à jure seu lege menteq; legislatoris recedatur, quoniam id non esset, legem sequi sed potius invertere ac mutare, *add. l.* 29. 30 *ff. de ll.* Quare etiam in Reg. Judic. Ita scriptum. then gör emot Lagen som giör emot lagsens mening/ ändoch han innes giöra som ordhen lyder i Lagen/ *n.* 18. *conf. n.* 42. *eod. l.* 7. §. *ult. ff. de suppell. legata l.* 5. *C. de ll.* ut proinde non deficiant leges, uti deficiunt legum verba, erudite ostendente Mœstert: *de just, ll, Rom, c,* 1, *lib,* 1, quò sensu jurisprudentia nostra rectissimè Celso ICto, ars boni & æqui dicta est, in *l,* 1, *ff, de I,* I, Omnis scilicet æquitatis & justitiæ tenax, per interpretationem leges declarans restringens, extendens.

III. Ut autem quodammodo constet, quænam hoc in negotio sint partes Regum principumq;, quæ ICtorum ac judicum, melioris ordinis causa, tenendum est, interpretationem non uno modo considerari & (1) quidem, ut est Juris expressi, quando mens & voluntas legislatoris ex verbis legum planè est evidens & aperta. Tunc enim non admittitur voluntatis questio, sed lex ut scripta est, ita servanda, *l, ult, C, de ll,* etiam si dura, *l,* 12, *ff. qui & à quibus manumiss, &c,* adeo ut Judex ex norma legum nostrarum sine cunctatione heic teneatur sententiam dicere, *cap,* 25. tingm. *ll, fl,* 9, § 3. *Vpll, fl,* 9, § 1, *Smll, c,* 13. Rådst. § 4. tingm. *D, ll,* Vel (2) ut est Juris penitus obscuri, ita ut plane nescias, an quæ jam evenit, casum legislator voluerit sua lege comprehensum, vel non. Adeundus hinc est princeps, ut eam legem interpretetur, cuj' sensum assequi alij non valent, per *c c, text, add,* Perezius *add, tit,* [illegible] *C, n,* 19. & Gudelin. *d, l,* (3) ut est, Casus saltem dubii, h. e. quando causa non adeo est obscura, ut excedat interpretationē. Tunc discussis diligenter omnibus hæ viæ tentandæ sunt: in benigniorem partem inclinandum, *l,* 18, 19. *ff. de ll. n.* 31. *Reg. judic.* 1. 5. *C. de bonis qua lib.* vel id respiciendum, quod verisimilius, & plerumq; fieri solet, conf. brevita-

vitatis causa, *l.* 9. 114. *ff. de R. I, cap.* 15. § 1. Erf. ll. *c.* 11. *eod.* Sl. Proniores nos esse debere, ad juvandum reum, quam actorem, *Reg. judic. n.* 40. *c. cum sint XI de R. I. in 6to l.* 41. 125. *ff. de Reg.* Possessores majori esse favore dignos, *l.* 129. *ff. de R. I. c.* 43. § 1. Bygn. ll. quo pertinet illud: Ilt är widäganden at dhela/ fl. 5. *&* 13. § 3. Jord/ Upll. fl. 27. § 1. widerb. *eod. c.* 30. *in fin.* Jord. ll. Quin & ipsi legum textus fontes sæpenumerò aperiunt, plurimos hinc illinc occurrentes casus ad specialia legum verba applicandi. E. G. quando lex nostra Svet. in specie de re aliqva certa loquitur, additq; hæc verba: eller adrakäste *c.* 11. kiöpm. ll. Hwad dhet hälst är/ *l.* 13. *eod. ll.* eller hwatiehanda thet hälst är/ *c. ult.* Bygn. *ll. c.* 6. *&* 11. tiufm. ll. Standi tylick lagföre i allum wänstamalum/ fl. *ult.* Erf Upll & passim; vult illos ad consimiles longeq; plures extendi. Mitto heic alias interpretationis restrictivæ ac extensivæ regulas, quas prolixè in hac materia afferunt D D. vid. Hug. Grotius lib. 2. cap. *de interpretatione*; *Dn. Loccenius in exerc. & Syn. I. priv. de interpret.* In quibus ut judicare perpenso judicio judicem posse & debere puto: ita multo magis I&i videtur, heic se interpretem gerere. Quo sensu omnino observanda sunt isthæc in Regulis judic. S*i perplexa & ambigua causa accurat, de qua non scripta lex, sive in jure provinciali, sive municipali exstet, nec communis ac rationabilis de ea consvetudo, detur, secundum quam judicari possit: ibi audire licet bonorum virorum consilium, & judicare secundum exactissimum suum intellectum ac conscientiam instructam, ut causa tandem decidatur. Sic enim exigit judicis officium, ut controversias dirimat ac finiat*, n. 39. Et ita in ordin. judiciali, quoq; sancitum, per verba: ock icke skiuta någon sak ifrån sig/ nisi in causa judicata, vel ei foro exempta ac penitus obscura indecisaq; confer *Art.* 7. *d. ord. & Art.* 20. Råttg. *process.*

VI Causa vero penitus perplexa, nostris olim *vandamal* dicebatur. § 4. tingm. *D ll. c.* 13. Rådst. & ita in Olofs Saga *cap.* 90. de Olao Skot-Konung: Deir Jatu yfer domum med gonū/ oc rádu um

 wan-

vandàmal: Enn dat var en vandalaust/&c. Potuitq; talis causa si de Jure non constaret, à judice teritoriali ad provincialem referri *fl.* 10. tinq. 10. *m.* ll. *c.* 25. *edd. ll.* Non ceu putant quidam, veteris juxta & novi processus ignari, ut judex provincialis sua velut legislatrice interpretatione, eandem ipse explicaret dirimeretq; : sed saltem, ut intermediâ ejus operâ, eò facilius Regi, vero & legislatori & interpreti authenticè explicanda traderetur. Quæ vera est, legum nostrarum sententia, solidioribus jurisprudentiæ fundamentis, ipsisq; adeò longissimi temporis veriori praxi roborata. Quippe cum solius sit Regis: Omne verum exquirere: Jallmàhl sanning vthletha: Judicum vero, ex legibus causas decidere, lag ftilla/ ceu etiam explicat Nob. Dn. Stiernhööt/ *in de I. vet. p.* 39. *judices inferiores strictè ad jura alligatos esse, conf præter cc. text. c.* 4. § 9. *c.* 21 22. *&* 41. *in fin.* tingm. *Confirm. ll* Upl. vers. Nu hawer war truin ti inistuman Herra Byrgir Tiunda lagman oß tryggeliga kunnigat. Vid. etiam notabile exemplum, in S. Oloffs Saga/ de Emundo judice provinc. Vestrogothiæ, qui dixit se ad regem venisse: Ut decisionem quorundam casuum à Rege obtineret, aliter in legibus Vestrogothicis aliter in Uplandicis dijudicatorum, de qua re Amplissim. Dn. Olaus Rudbeck in Athlantica sua curiosa, nos quoq; sufficienter docet, c. VII, p. 219. & p. 284, 285, prorsus vero egregiè in c. 21 p. 546. per verba: *Siq; forte legis mutationem aut etiam legem, novam, necessitas vel etiam novus aliquis casus exegisset, nihil tale judici &c. Sed ad Regem Jovem sive Odinum supremum totum illud negotium referendum fuerat,* vid. etiam p. 547. & seqq. Adeò, ut nec interpretandi hæc facultas, ob dictas rationes, judiciis aulicis, jure nostro competat. Conf. præter innumera fere rescripta regia, alio alioq; tempore in causis perplexis ac indecisis à Regibus dicasterijs data, *Ipsam Dicasteriorum instructionem regiam, d.* 14. *Febr.* 1614. Exempli vero loco nominasse sufficiat saltem *rescriptum Reg. de Pæna iterata fornica-*

nicationis,1615. Deq; ære alieno,quod durante matrimonio contractum est, ex indivisis conjugum bonis solvendo, *Dicasterio Aboensi datum, d.17. Novemb. 669*, Immò judex inferior juramento se sæpe purgabat, quod legem de hac illavè lite nesciret, vel quod in legibus non esset scriptum, *d c.* 25. ting. *ll. c.* 13. Rådst. Haud sanè aliter quam solebant antiqui Romani, hâc formula: Sibi non liquere, ut est apud Gellium 14. 2. & Brisson. *in formul.* Hodie vero,ut interpretatio Juris penitus obscuri, per *cc. text.* ad summam spectat majestatem : ita mediata illa, à judice territoriali ad provincialem relatio,qua præconis magis, ut dictum est,quam interpretis vices obivit, propter certas rationes & causas quoq; sublata est, d. *Art.2. ordinant judic.* 1614. Relatio ergo, ab inferiori judice, non ut olim ad judicem fit provincialem,sed ad Judicia aulica,quorum tamen non tam est interpretari,quam de perplexis illis casibus à Rege ceu supremo interprete rescriptum petere,ut prolixè probatum supra. Prolixius ista hac vel præcipuè occasione explicanda censui,non tantum ut obscurioribus quibusdam legum nostrarum locis aliqua accederet explicatio; Sed ut quæ Regum principumq;, quæ Magistratus & judicum,quæ demq; Istorum essent circa interpretandum partes,quodammodo constaret. De cetero tenendum; in dubijs casibus rectè cognoscendis examinandisq; præcipuū olim exstitisse nembdæ officium c.16.34.35. Kon. B. tot. ferè tit. Högm. B. c. 42. Edz. B. Nob. Stiernhööf / d. tr. p.55. 56. ut in actiones & causas juri scripto, ac consvetudinario applicando,judicis, per cc. text.

V. Quod attinet 4.to interpretationem Juris deficientis, exq; æquitate explicandi; quæ ultimo loco sese offert ; tenendum est, æquitatem nec idem planè esse cum jure,nec toto tamen genere ab eo distare, Arist. 5. Eth 10. Originem vero ejus esse, ex universali lege. Non enim legum latores, omnes possunt articulos (τὰ πρὸς τὸ συμβαίνοντα Aristoteli *III. Pol. XI. dicta*) singulatim aut legibus

bus aut Senatus consultis comprehendere, *l. 12. ff. de ll.* Decisio proinde vel casus planè omissi, vel ad legem non applicabilis, ex jure scripto peti minime potest; sed ex eo, quod bonum & æqvum dicitur. Ita ut æquitatem scripti juris supplementum vel correctionem quis recte appellaverit, ut ipsa, jus aliquod non scriptum est, vid. Fachin. *Controv. jur. lib. 1. c. 71I. Gail. lib. 2. obs. cap. 23. n. 26. Hornei.* 4. *Eth.* 4., Supplementum tamen æquitatis, ut in universum & scripti juris casibus, judicibus non denegamus, per textus c. 1 tingnt §unic. 1: Kon. ¶. 1. Gl. cum isto utiq; sensu nihil aliud de jure censeatur, quam dextra legis ex arte interpretatio: Ita significatu priori promiscuè à quovis adhiberi neqvit, quamvis casus emergat, in quo quis intelligat, vel legem scriptam deficere, vel in publicam utilitatem observationem literalem impingere: Sed ab eo, qui vel jurisdictione, vel saltem potestate illa à principe est instructus. Non enim cuilibet permitti potest, ut pro lubitu quid utile, quid inutile publice sit, statuat. Sed â Magistratu id expectandum, *l. 1. l. 9. C. LL.* Quod & apprimè moribus ac hodiernæ praxi hujus regni consentaneum est, ut in superiorib. demonstravimus. Principi vero in hisce alijsq; prudentia architectonica seu legislatrix adesse debet. Ex hactenus dictis intelligi quodammodo potest, quo sensu jus in causa positum, & ex re constituendum, Alfeno & Marciano ICtis dicitur *in l. 52. ¶ 2. ff. ad l. aquil. l. 1. ¶. 3. ff.* de Sicar. scilicet, ex circumstantijs negotij controversi deficiente scripta lege, quid pro jure statui debeat interpretativè venit æstimandum.

Memb. Tertium.
ICTUS de JURE respondens.

Facultas de Jure respondendi varia variis temporibus, nec eadem tamen est, cum interpretandi scientia, I. mi. ICti post XII. Tabb. disputatione fori ac formulis, Jus Civ. augebant. Secundi post Augustum: qua inclaruere de Jure respondendi fac. erant instructi

structi (3) Post Modestinum sub Giordiano abmutuere, nudam saltem docendi provinciam habentes. Hodie non necessaria sed probabilis saltem eorum auctoritas. illos tamen consulere & Judiciis & partibus expedit.

Fundamenta de jure respondendi levi, quod dicitur penicillo delibasse hactenus sufficiat; superest, ut quanto possim brevioribus lineis, ipsam heic respondendi facultatem ICtis competentem secundum varia tempora depingam, ut simul constet, quidnam hodie responsionibus eorum tribuendum. Neq; n. est, quod quisquam existimet, respondendi jus (ut dicitur *in* § 8, *inst, de I, n, G, & C,*) vel idem esse cum interpretandi scientia, de qua dictum est, vel hoc ejusdem fuisse omni tempore indolis conditionisq;.

I. Fuere qui statim post decem viros conditasq; leges XII. Tabb. (quod ferè A. U. C. 305. A. C. N. 440. ex communi Doctorum calculo factum) inclaruere. Quales in ceteris erant Appius Claudius Centimanus. Appius Claudius III. Sempronius Scipio, Nasica & pleriq; alii, *l, 2, a,* § 35, *ad* § 44, *ff. de O, I, Leges XII, Tabb.* vel disputatione fori vel legis actionibus illustrantes, *c, l,* § 5, Ita ut eodem penè tempore tria hæc jura: leges XII. Tabb. ex his Jus Civile, Disputationes fori) & ex ijsdem legis actiones compositæ, nascerentur. add. *Paul, Sent, lib,* 4, *tit,* 8, § 3, Nihil autem horum putatur in jure reliqui esse, præter illa, quæ forte Ulpiani & Thryphonini ope in Pandectis reperiuntur. Vid. index *ff*tis præfixus in voce Ουλπιανυ & Θριφονίνυ Disputationum.

II. Proximi fuere, quibus permissum erat de jure respondere; *Nam antiquitus constitutum erat ut essent qui jura publice interprætarentur, quibus à Cæsare jus respondendi datum est, qui ICti appellabantur. Quorum omnium sententiæ & opiniones eam auctoritatem tenebant, ut judici recedere à responsis eorum non liceret.* § 8. *inst, I, de I, N, G, C,* Modestinum horum ICtorum ultimum sub Imp. Cordiano, A, C. fere 240. viventem facile quis dixerit, cum nudam tantum docendi profitendiq; qublicè provinciam, Romæ Constantinopoli, Beryti qui suc-

ces-

cessere susciperent, ipsum jus neutiquam adaugentes. Gothofr. *Hist. l, l, c, 7, p, 27*, Atq; hi Icti veteres, Juris auctores in *l, 3, § fin, ff, Si pars hæredit, petatur*. Conditores Juris *l, 23, C, de procur.* dicuntur. Ultimi, qui auctoritate non necessaria sed saltem probabili consulentibus respondebant, publicæ etiam professioni vacantes. Qualem inchoasse primus memoratur Tiberius Coruncanius, circa A. U. C. 500, *vid.* § 35, & 38, *c. l.* Pomponij. Et ut obiter sciamus, ante tempora Augusti, publicè respondendi jus non à principibus dabatur: *Sed qui fiduciam studiorum suorum habebant, consulentibus respondebant neq; responsa utiq; signata dabant: sed plerumq; judicibus ipsi scribebant aut testabantur, qui illos consulebant.* Primus Divus *Augustus ut major juris: auctoritas haberetur constituit, ut ex auctoritate ejus responderent. Et ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit: & ideo optimus princeps Hadrianus, cum ab eo viri prætorii peterent, ut sibi liceret respondere. rescripsit eis, hoc non peti,* sed præstari solere: *Et ideo si quis fiduciam sui haberet, delectari se, populo ad respondendum se præpararet c. l. 2. Pomponii* § 47

III. Quamvis autem olim judici non liceret à prudentum responsis recedere: hodie tamen illorum tantum probabilis, non necessaria auctoritas est, ceu uno veluti ore omnes sentiunt communiter Doctores. Cum tamen ratio doctrinæ & fidei magis vigeat in ijs, qui periti um Juris legitime sunt consecuti, quam in alijs, eorum responsa puto probè esse attendenda & magnifacienda; non tantum quod circumstantias rerum qvalitates personarũ atq; locorum consvetudines probe exactèq; considerant: Sed etiam quod responsa eorum, id judici præstare solent, ut neq; injuriarum neq; male judicati actione conveniri possit, Dn. Joh. Phil. *usus pract. ad* § 8 *lib. 1. tit. 2. inst. Eclog. XXIII. XXIV.* Quid! qvod responsa duorum probatorum Doctorum, justam videntur partibus inducere litigandi causam, adeo ut in expensas nequeant condemnari, vid. *l 79. princ. ff. de jud. Struv. d. tr. p. m. 54. n. 17.* Perfectus iccirco jure consultus non prorsus sine causa in Limnæo *Enucl. lib. 1. cap. 1. n. 5.* dicitur, cujus

jus ex tripode & publicam & privatam petere salutem cuivis integrũ est, & à Grotio, JCti domus civitatis oraculum in Ep. 127. *ad Gallos*.

Memb. Quartum.

ICTUS EXECUTOR.

MAgistratum judicemve frustra JCtus instrueret, interpretandiq; munus recte minus obiret; si non similiter legitimum sisteret executorem, justis undiq; sententiam semel latam exequendi regulis stipatum. Ultimus enim ordinis judiciarij finis est executio, quæ rite proinde & legibus conveniẽter peragenda; *tot. tit. C. de execut. rei jud. Ecclog.* περὶ ἀπαιτήσεως τῆς ἀπὸ καταδίκης ἢ τῆς ἀποφάσεως καὶ ψήφου δικαστικῆς. Frustra enim essent leges, Magistratus, judicia; Si nulla leges efficacia, magistratus obedientia, judicia, vis & auctoritas sequerentur, vid, Hobb. *de Cive. c.* 6. § 8. Selden. *lib.* 7. *de jure N. G. ad Disciplinam Ebræorum.* Quo etiam respiciunt regia & regio ore dignissima verba Gustavi Magni in Processu Judiciali: *Execution* är itt af dhe ypperste och fornembste stycken/som länder til rätt och rättwijsans styrckio och befordran/ latinè, Executio est una optimarum præcipuarumq; partium, qvæ faciunt ad juris justitiæq; firmamentũ ac promotionem. Ut a. ordo teneatur pro instituti ratione maxime heic considerandа, (1) ut executio legitimè interponatur, (2.) Ordine in legibus præscripto, (3) Res recte distrahantur.

ARTICULUS Primus.

Executio legitimo modo actempore interponenda.

Retardata executio punibilis, modica tamen dilatio in LL. 12. Tabb. Jure Justin. novo novissimo & Saxonico, non expresse Jure Svecano indulta, nisi in quibusdam caussis. In Pœnalibus prompta plerumq; Executio non ante Sententiam non causave appellata, non in alienis bonis, (multa iccirco detrabuntur) non in alium pro alio, non in corpus, quamdiu quis est solvendo, non in usuras postposita, sorte, sed in solidum ejus qui debet.

NE inanis plane sit vires rei judicatæ adepta sententia, executioni, mandanda est, maxime qvando spontè quis debito tempore

inquirendo. Id, apta non satis voce pragmatici *Mercenarium*, hoc *Nobile officium* appellantes. Quam distinctionem, ut in Academijs docendi gratia, retinendam censeo, ita praxi, quam juris Romani textibus convenientiorem non abnuo. De officio nobili intelligi tamen potest, *l*, 13, *in princ*, *ff*, *de offic*, *Præsid*, *æquivocè etiam cap*, 10, *&* 12, Rådst. per verba: Hwar någor åkärandenär eller en/ och är gärningen uppenbar. Nobile enim officium proprie quidem jurisdictionis est, non vero nudæ notionis, ut observavit qvoq; Cl. Dn. Vinnius in *Comm*, *Inst*, *de offic*, *jud*, Improprie verò, ad alios etiam applicatur judices, quoties, in certis casibus, lege permittente non deserviunt, propositæ actioni, vel ut clarissimè dicam: quoties judex ab eo imploratur, nullam qui cum alio controversiam habet, E.G, quando restitutio famæ, functio aliqva, legitimatio, & id genus petitur, vid, Mynsing, ad d, *Inst*, *tit*, Ut ex adverso, mercenarium est, quoties actioni propositæ deservit, Sed de hisce satis.

ARTICULUS Tertius.
De recusatione judicis.

Jure civili ordinarius judex non recusatur, secus Canonico, consvetudinario, Svecano, simplex tamen suspicio non semper sufficit, quid jure nostro obtineat, disquiritur.

APertissimi Juris est, licere litigatoribus judices delegatos, antequam lis inchoatur, recusare, *l*, 16, *l*, 12, § 1, *Cod*, *de jud*, An ordinarium liceat quæstionis est. In utramq; partem varij afferri solent juris Civilis textus. Verior tamen, ex juris arte videtur affirmativa. Jure Canonico res expedita est; posse etiam ordinarium recusari, *c*, *suspicionis* 39, *X*, *de offic*, *&* *potest*, *jud*, *deleg*. Quod praxis quoq; per Germaniam & Galliam approbavit, teste And. *Gail*, *lib*, 1, *obs*, 33, *&* *Gothofredo ad l*, 16, *C*, *de jud*, Jure Svecano nullam id dubitationem, recipit per claros textus, *in cap*, 36, Kon. B. 36. Ting. B. *Art*, 8, Rätg. *processf*. Nudam autem suspicionis allegationem recusationi non sufficere, sunt qui existimant; ne fenestra aperiatur malitijs hominum

num, eo modo judicibus sine causa insultare gestientium; absurdum etiam & contra omnem saniorem judiciorum morem fore dictitantes: audire qvid affirmantem sine probatione, *l, 2. l, 19. ff, de prob,* Et sanè, quin id de summi judicij aulici consiliarijs ac Assessoribus verum sit, nos dubitare vetant clarissimi ea de re juris nostri textus, per verba: nu än then saken gifs rådes nagon/ &c. anten för skyldskap/ mågskapio wänskap/ &c. och giter thet märkeligen pröfwat in til eens treggia eller tweggia/ *c, 36,* Kon. B. *add. d, Art,* 8, Rättgångz *processi.* Et ita jure etiã canonico obtinet *c. causã qua & c, insinuante extr de off. deleg, add, inst, Jur, Can, Lancell, lib. III, tit,* 1. § *Recusatione quoq; per text* ut puta, *si judex datus dicatur dominus litigantium, aut consangvineus, aut advocatus, aut cum altero immodicam contraxisse familiaritatem, aut ab eodem in alia causa partem appellasse, &c.* De cæteris vero omnibus judicibus inferioribus, an idem sit affirmandum, majoris est ex jure nostro disquisitionis. Sanè eadem pro hisce quoq; militare videtur ratio, quamvis non ejusdem sunt cum ceteris auctoritatis; maximè, cum constet, Juri nostro compilando interfuisse Clericos, sui juris in talibus nunquam non nimium religiosos curiososq;. Quod ex innumeris legum ac documentorum publicorum locis probari porest. Aliud tamen, hoc in negotio nostris olim placuisse, vel id argumento est; quod majores ab ipsa paganismi memoria libertatis suæ tenacissimi; sic adeo non passi sunt, invitis sibi ac repugnantibus obtrudi judices; ut proprio potius in singulis causis arbitrio nominatos assumerent eligerentq;. Ita enim antiqvis legibus proditum est: Hwar nämbd nämnis tha nämnis the män ther badha sea ja widher som wid dehlaz. *fl,* u, § 4, tingm. Upl, fl. *9, cod, vesm, ll,* § *9. eod, D, ll.* & passim ut, jam dudum Nobiliss. Dn. Stiernhööf *l, 1, c, 4, p, 55, l de J, V,* etiam observaverat. Confer Selectissimas Ampl. Dn. Verelij *not, ad c, 14, Hervarar S.* ad verba Han hielt med sier tolf Spekinga. Quid! quod expressis verbis sancitum sit, eum debere decedere judicio, quem si-

ve actor sive reus non tam suspicionis convincit, quam postulat; ut est in c, 36, tingB. Nihilq; aliud vult ista locutio: jäfwa någon wäldigan: quam suspicari aliquem studio partium addictum, ceu rectissim. quoq; vertit, B. M. Dn. Loccenius. Et ea est vocis ejus in alijs quoq; locis genua acceptio, *vid, fl,* n, Kyrk. *Vpll, verb,* Jawas om. *fl,* 13. § 7, Erf. *Hll,* jäfwas ther om. Jäf, dubitatio scrupulus, c, 11, Erf, Sl. c, 13, Rådst. & passim. Quare etiam aliud est jäfwain *ll*: aliud wråka; prius propter suspicionem saltem: hoc propter sonticas & exceptione majores causas aliqvem recusare, wråka vero, est rejicere, pr. Kon. *V, G, ll,* ~~[illegible]~~ vide etiam Nob. Stiernhielmi, indic. *ad ll. VV, G,* Quod ex processſ, judic. luce quoq; meridiana, longe clarius est, per verba: Så at käranden eller swaranden kunde icke allenast jäfwa honom wara wildugan/ vthan och wråka honom medh rätta vthur rätten/ Et hæc quoq; sententia est Ampliss. Consultissimiq; Dn. Præsidis. *d, Art,* 8. Ex qvibus omnibus saltem judicari potest, qvid de recusatione judicum inferiorum ac superiorum ex mente legum nostrarum sit tenendum. Id saltem addentes: Ubi leges distingvunt, esse distingvendum: ubi vero leges non distingvunt, nec nostrum esse distingvere, ut est in trito Doctorum proverbio. De causis recusationis, formula, tempore, & id genus alijs, utiliter legi potest *Dn, Georg, Schultzen. part. 1, processſ, judic, c,* 4. *n,* 55, cum seqq. De pœna v. malè judicantium aliquid heic esset quoq; dicendum, si ratio instituti permitteret. *vid. tot, tit. C, de pœna malè judic, &* § *Inst, de obl, quæ qv, ex delict, nascuntur,* & ibi Doctores, *cap, III,* tingm. ll. *Id* Rådst. *6, Art,* 15. Rättg. *ordin.*

Memb. Secundum.

ICTUS. INTERPRES.

Legum authentica interpretatio ad principes pertinet, Jure Romano ac Suecano. Ictis seca tamen, in casibus dubiis, qui interpretationem legalem non excedunt relicta est

est. Inperspicuis est nulla, in penitus obscuris, & quando jus scriptum ex æquitate supplendum est, principiis desideratur ἀνάλυσις.

LEgis interpretationem culmini tantum principali competere, nemini venit in dubium: cum promulgandæ quoq; legis auctoritatem fortunæ sibi vindicet eminentia, ceu loquitur imperator in *princ. Nov.* 143. Inter æquitatem scilicet jusq; interpositam interpretationem, solis regibus & principibus oportet inspicere, quæ verba sunt Constantini in *l. 1. C. de ll.* Legum enim ænigmata solvere, & omnibus aperire, quis idoneus videbitur, nisi is, cui soli legislatorem esse concessum est; *l. ult. C. eod.* QVis den q; tantæ superbiæ fastidio tumidus est, ut regalem sensum contemnat; *l. c.* Hisce non sane inconvenientia sunt, quæ de interpretatione authentica nostri principis in legibus nostris passim occurrunt, *vid c.* 4. § 9. Kon. ll. *c.* 21. *in fin.* 22. *in fin* & 41. tingm. ll. & quæ Gloriosissimæ memoriæ Rex Gustavus *in Art.* 2. *ordin. jud.* sancita reliquit: Doch måge the (*de judicibus inferioribus est sermo*) ther något iåt är å färde/eller märke sigh icke wetta i detta fall hwad lag är/ iå länge opsättia domen/ at the sigh hoos oß eller wåra förordnade öfwerste domb förspöria måtte.

II. Quæ tamen omnia, non illum habent sensum ac si ICtis omnis interpretandi facultas magistratusve officio fungentibus, penitus esset adempta: Sed saltem eam radicaliter & authentice ad summam spectare potestatem, maxime quando vel interpretatio, legislatæ mentem egrediatur, vel lex adeo sit obscura, ut ambigatur, num factum quo de agitur, legis mente comprehendatur, vid, Gudelinus *de jure. Novissimo lib.* 5. *c.* 2. Arn. Vinnius *selectar. questionum, lib.* 1. *c.* 2. Perezius *in tit. C. de ll.* Struv. *in synt. I. exerc.* 1. *n.* 39. Alioquin, nullus ICtus, non potest tantum, sed & leges interpretari debet, *l.* 17. *ff. de ll l. placuit C. de judic.* Neq; ea mens imperatorum *in l. c.* vel legum nostrarum est, quasi alijs, sive ICtis, sive judicibus non liceret, secundum mentem legislatoris, jus ad normam æquitatis

exigere ac recte explicare: Sed prohibent, ne prætextu æquitatis à jure seu lege menteq; legislatoris recedatur, quoniam id non esset, legem sequi sed potius invertere ac mutare, *add. l. 29. 30 ff. de ll.* Quare etiam in Reg. Judic. Ita scriptum. then gör emot Lagen som giör emot lagsens mening/ ändoch han synes giöra som ordhen lyder i Lagen/ *n.* 18. *conf. n.* 42. *eod. l.* 7. §. *ult. ff. de suppell. legata l.* 5. *C. de ll.* ut proinde non deficiant leges, uti deficiunt legum verba, erudite ostendente Mœstert: *de just, ll, Rom, c,* 1, *lib,* 1, quò sensu jurisprudentia nostra rectissimè Celso ICto, ars boni & æqui dicta est, in *l,* 1, *ff, de I,* I, Omnis scilicet æquitatis & justitiæ tenax, per interpretationem leges declarans restringens, extendens.

III. Ut autem quodammodo constet, quænam hoc in negotio sint partes Regum principumq;, quæ ICtorum ac judicum, melioris ordinis causa, tenendum est, interpretationem non uno modo considerari & (1) quidem, ut est Juris expressi, quando mens & voluntas legislatoris ex verbis legum planè est evidens & aperta. Tunc enim non admittitur voluntatis questio, sed lex ut scripta est, ita servanda, *l, ult, C, de ll,* etiam si dura, *l,* 12, *ff. qui & à quibus manumiss, &c,* adeo ut Judex ex norma legum nostrarum sine cunctatione heic teneatur sententiam dicere, *cap,* 25. tingm. *ll, fl,* 9, § 3, *Vpll, fl,* 9, § 1, *Smll, c,* 13, Rådst. § 4, tingm. *D, ll,* Vel (2) ut est Juris penitus obscuri, ita ut plane nescias, an quę jam evenit, casum legislator voluerit sua lege comprehensum, vel non. Adeundus hine est princeps, ut eam legem interpretetur, cuj' sensum assequi alij non valent, per *c c, text, add,* Perezius *add, tit,* ¦ *C, n,* 19. & Gudelin. *d, l,* (3) ut est, Casus saltem dubii, h. e. quando causa non adeo est obscura, ut excedat interpretationē, Tunc discussis diligenter omnibus hæ viæ tentandæ sunt; in benigniorem partem inclinandum, *l,* 18, 19. *ff. de ll. n.* 31. *Reg. judic.* 1. 5. *C. de bonis qua lib.* vel id respiciendum, quod verisimilius, & plerumq; fieri solet, conf. brevita-

vitatis causa, *l.* 9. 114. *ff. de R. I. cap.* 15. § 1. Erf. ll. *c.* 11. *eod.* Sl. Proniores nos esse debere, ad juvandum reum, quam actorem, *Reg. judic. n.* 40. *c. cum sint XI de R. I. in 6to l.* 41. 125. *ff. de Reg.* Possessores majori esse favore dignos, *l.* 129. *ff. de R. I. c.* 43. § 1. Bygn. ll. quo pertinet illud: Ilt är widäganden at dhela/ fl. 5. & 13. § 3. Jord/ Upll. fl. 27. § 1. widerb. *eod. c.* 30. *in fin.* Jord. ll. Quin & ipsi legum textus fontes sæpenumerò aperiunt, plurimos hinc illinc occurrentes casus ad specialia legum verba applicandi. E. G. quando lex nostra Svet. in specie de re aliqva certa loquitur, additq; hæc verba: eller adrafäste *c.* 11. kiöpm. ll. Hwad dhet hälst är/ *l.* 13. *eod. ll.* eller hwarjehanda thet hälst är/ *c. ult.* Bygn. *ll. c.* 6. & 11. tiufm. ll. Standi thylick lagföre i allum wänstamalum/ fl. *ult.* Erf Upll. & passim; vult illos ad consimiles longeq; plures extendi. Mitto heic alias interpretationis restrictivæ ac extensive regulas, quas prolixè in hac materia afferunt D D. vid. Hug. Grotius lib. 2. cap. *de interpretatione*; *Dn. Loccenius in exerc. & Syn. I. priv. de interpret.* In quibus ut judicare perpenso judicio judicem posse & debere puto: ita multo magis ICti videtur, heic se interpretem gerere. Quo sensu omnino observanda sunt isthæc in Regulis judic. *Si perplexa & ambigua causa accurat, de qua non scripta lex, sive in jure provinciali, sive municipali exstet, nec communis ac rationabilis de ea consvetudo, detur, secundum quam judicari possit: ibi audire licet bonorum virorum consilium, & judicare secundum exactissimum suum intellectum ac conscientiam instructam, ut causa tandem decidatur. Sic enim exigit judicis officium, ut controversias dirimat ac finiat*, n. 39. Et ita in ordin. judiciali, quoq; sancitum, per verba: ock icke skiuta någon sak ifrån sig/ nisi in causa judicata, vel ei foro exempta ac penitus obscura indecisaq; confer *Art.* 7. *d. ord. & Art.* 20. Rättg. *process.*

VI Causa vero penitus perplexa, nostris olim *vandamal* dicebatur. § 4. tingm. *D ll. c.* 13. Rådst. & ita in Olofs Saga *cap.* 90. de Olao Skot-Konung: Deir fatu yfer domum med gonū/ oc rádu um

vandàmal: Enn dat var en vandalauſt/*&c.* Potuitq; talis cauſa ſi de Jure non conſtaret, à judice teritoriali ad provincialem referri *ſl.* 10 ting. 10. *m.* ll. *c.* 25. *edd. ll.* Non ceu putant quidam, veteris juxta & novi proceſſus ignari, ut judex provincialis ſua velut legislatrice interpretatione, eandem ipſe explicaret dirimeretq; : ſed ſaltem, ut intermediâ ejus operâ, eò facilius Regi, vero & legislatori & interpreti authenticè explicanda traderetur. Quæ vera eſt, legum noſtrarum ſententia, ſolidioribus jurisprudentiæ fundamentis, ipſisq; adeò longiſſimi temporis veriori praxi roborata. Quippe cum ſolius ſit Regis: Omne verum exquirere: Jallmàhl ſanning utyletha: Judicum vero, ex legibus cauſas decidere, lag ſkilia/ ceu etiam explicat Nob. Dn. Stiernhöök/ *in de I. vet. p. 39. judices inferiores ſtrictè ad jura alligatos eſſe, conf. præter cc. text. c.* 4. § 9. *c.* 21 22. *&* 41. *in fin.* tingm. *Confirm. ll* Upll. vers. Nu hawer war truin ti lnuſtuman Herra Byrgir Tiunda lagman oſ tryggeliga kunnigat. Vid. etiam notabile exemplum, in S. Oloffs Saga/ de Emundo judice provinc. Veſtrogothiæ, qui dixit ſe ad regem veniſſe: Ut deciſionem quorundam caſuum à Rege obtineret, aliter in legibus Veſtrogothicis aliter in Uplandicis dijudicatorum, de qua re Ampliſſim. Dn. Olaus Rudbeck in Athlantica ſua curioſa, nos quoq; ſufficienter docet, c. VII. p. 219. & p. 284, 285, prorſus vero egregiè in c. 21 p. 546 per verba: *Siq; forte legis mutationem aut etiam legem, novam, neceſſitas vel etiam novus aliquis caſus exegiſſet, nihil tale judici &c. Sed ad Regem Jovem ſive Minoem ſupremum totum illud negotium referendum fuerat,* vid. etiam p. 547. & ſeqq. Adeò, ut nec interpretandi hæc facultas, ob dictas rationes, judicijs aulicis, jure noſtro competat. Conf. præter innumera fere reſcripta regia, alio alioq; tempore in cauſis perplexis ac indeciſis à Regibus dicaſterijs data, *Ipſam Dicaſteriorum inſtructionem regiam, d.* 14. *Febr.* 1614. Exempli vero loco nominaſſe ſufficiat ſaltem *reſcriptum Reg. de Pæna iterata fornica-*

nicationis,1615. Deq; ære alieno, quod durante matrimonio contra-ctum est, ex indivisis conjugum bonis solvendo, *Dicasterio Aboensi datum, d. 17. Novemb. 669,* Immò judex inferior juramento se sæpe purgabat, quod legem de hac illavè lite nesciret, vel quod in legibus non esset scriptum, *d. c.* 25. ting. *ll.* c.13. Rådst. Haud sanè aliter quam solebant antiqui Romani, hâc formula: Sibi non liquere, ut est apud Gellium 14. 2. & Brisson. *in formul.* Hodie vero, ut interpretatio Juris penitus obscuri, per *cc. text.* ad summam spectat majestatem: ita mediata illa, à judice territoriali ad provincialem relatio, qua præconis magis, ut dictum est, quam interpretis vices obivit, propter certas rationes & causas quoq; sublata est, d. *Art.* 2. *ordinant judic.* 1614. Relatio ergo, ab inferiori judice, non ut olim ad judicem fit provincialem, sed ad Judicia aulica, quorum tamen non tam est interpretari, quam de perplexis illis casibus â Rege ceu supremo interprete rescriptum petere, ut prolixè probatum supra. Prolixius ista hac vel præcipuè occasione explicanda censui, non tantum ut obscurioribus quibusdam legum nostrarum locis aliqua accederet explicatio: Sed ut quæ Regum principumq;, quæ Magistratus & judicum, quæ demq; Istorum essent circa interpretandum partes, quodammodo constaret. De cetero tenendum, in dubijs casibus rectè cognoscendis examinandisq; præcipuū olim exstitisse nembdæ officium c. 16. 34. 35. Kon. B. tot. ferè tit. Högm. B. c. 42. Edz. B. Nob. Stiernhööf/ d. tr. p. 55. 56. ut in actiones & causas juri scripto, ac consvetudinario applicando, judicis, per cc. text.

V. Quod attinet 4.to interpretationem Juris deficientis, exq; æquitate explicandi; quæ ultimo loco sese offert; tenendum est, æquitatem nec idem planè esse cum jure, nec toto tamen genere ab eo distare, Arist. 5. Eth 10. Originem vero ejus esse, ex universali lege. Non enim legum latores, omnes possunt articulos (τὰ πρὸς πάντα. Aristoteli *III. Pol. XI.* dicta), singulatim aut legibus

bus aut Senatus consultis comprehendere, *l.* 12. *ff*, *de ll*. Decisio proinde vel casus planè omissi, vel ad legem non applicabilis, ex jure scripto peti minime potest; sed ex eo, quod bonum & æqvum dicitur. Ita ut æquitatem scripti juris supplementum vel correctionem quis recte appellaverit, ut ipsa, jus aliquod non scriptum est, vid. Fachin. *Controv. jur. lib.* 1. *c.* 7*II. Gail. lib.* 2, *obs cap.* 23. *n.* 26. *Hornei.* 4. *Eth.* 4., Supplementum tamen æquitatis, ut in universum & scripti juris casibus, judicibus non denegamus, per textus c. 1 tingnt §unic. 1: Kon. T. 1. Sl. cum isto utiq; sensu nihil aliud de jure censeatur, quam dextra legis ex arte interpretatio: Ita significatu priori promiscuè à quovis adhiberi neqvit, quamvis casus emergat, in quo quis intelligat, vel legem scriptam deficere, vel in publicam utilitatem observationem *l*iteralem impingere: Sed ab eo, qui vel jurisdictione, vel saltem potestate illa à principe est instructus. Non enim cuilibet permitti potest, ut pro lubitu quid utile, quid inutile publice sit, statuat. Sed â Magistratu id expectandum, *l.* 1, *l.* 9. *C.LL* Quod & apprimè moribus ac hodiernæ praxi hujus regni consentaneum est, ut in superiorib. demonstravimus. Principi vero in hisce alijsq; prudentia architectonica seu legislatrix adesse debet. Ex hactenus dictis intelligi quodammodo potest, quo sensu jus in causa positum, & ex re constituendum, Alfeno & Marciano ICtis dicitur *in l.* 52. § 2. *ff. ad l. aquil, l.* 1. §, 3, *ff*, de Sicar. scilicet, ex circumstantijs negotij controversi deficiente scripta lege, quid pro jure statui debeat interpretativè venit æstimandum.

Memb. Tertium.

ICTUS de JURE respondens.

Facultas de Jure respondendi varia variis temporibus, nec eadem tamen est, cum interpretandi scientia, l.mi ICti post XII. Tabb. disputatione fori ac formulis, Jus Civ. augebant. Secundo post Augustum, qua inclaruere de Jure respondendi fac. erant instructi

structi (3) Post Modestinum sub Giordiano abmutuere, nudam saltem docendi provinciam habentes. Hodie non necessaria sed probabilis saltem eorum auctoritas. illos tamen consulere & Judiciis & partibus expedit.

FUndamenta de jure respondendi levi, quod dicitur penicillo delibasse hactenus sufficiat; superest, ut quanto possim brevioribus lineis, ipsam heic respondendi facultatem ICtis competentem secundum varia tempora depingam, ut simul constet, quidnam hodie responsionibus eorum tribuendum. Neq; n. est, quod quisquam existimet, respondendi jus (ut dicitur *in* § 8, *inst, de I. n, G, & C,*) vel idem esse cum interpretandi scientia, de qua dictum est, vel hoc ejusdem fuisse omni tempore indolis conditionisq;.

I. Fuere qui statim post decem viros conditasq; leges XII. Tabb. (quod ferè A. U. C. 305. A. C. N. 440. ex communi Doctorum calculo factum) inclaruere. Quales in ceteris erant Appius Claudius Centimanus, Appius Claudius III. Sempronius Scipio, Nasica & pleriq; alii, *l, 2, a,* ¶ 35, *ad* § 44, *ff. de O, I, Leges XII, Tabb.* vel disputatione fori vel legis actionibus illustrantes, *c, l,* ¶ 5, Ita ut eodem penè tempore tria hæc jura: leges XII. Tabb. ex his Jus Civile, Disputationes fori) & ex ijsdem legis actiones compositæ, nascerentur. add. *Paul, Sent, lib,* 4, *tit,* 8, § 3. Nihil autem horum putatur in jure reliqui esse. præter illa, quæ forte Ulpiani & Thryphonini ope in Pandectis reperiuntur. Vid. index *ff*tis præfixus in voce Ουλπιανν & Θριφονίν Disputationum.

II. Proximi fuere, quibus permissum erat de jure respondere; *Nam antiquitus constitutum erat ut essent qui jura publice interpratarentur, quibus à Cæsare jus respondendi datum est, qui ICti appellabantur. Quorum omnium sententia & opiniones eam auctoritatem tenebant, ut judici recedere à responsis eorum non liceret.* § 8. *inst, I, de I, N, G, C,* Modestinum horum ICtorum ultimum sub Imp. Cordiano, A, C. fere 240. viventem facile quis dixerit, cum nudam tantum docendi profitendiq; qublicè provinciam, Romæ Constantinopoli, Beryti qui suc-

cef-

cessere susciperent, ipsum jus neutiquam adaugentes. Gothofr. *Hist. l, I, c, 7, p, 27*, Atq; hi Icti veteres, Juris auctores in *l, 3, § fin, ff, Si pars hæredit, petatur*. Conditores Juris *l, 23, C, de procur*. dicuntur. Ultimi, qui auctoritate non necessaria sed saltem probabili consulentibus respondebant, publicæ etiam professioni vacantes. Qualem inchoasse primus memoratur Tiberius Coruncanius, circa A. U. C. 500, *vid.* § 35, *&* 38, *c. l.* Pomponij. Et ut obiter sciamus, ante tempora Augusti, publicè respondendi jus non à principibus dabatur: *Sed qui fiduciam studiorum suorum habebant, consulentibus respondebant neq; responsa utiq; signata dabant: sed plerumq; judicibus ipsi scribebant aut testabantur, qui illos consulebant.* Primus Divus *Augustus ut major juris: auctoritas haberetur constituit, ut ex auctoritate ejus responderent. Et ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit: & ideo optimus princeps Hadrianus, cum ab eo viri prætorii peterent, ut sibi liceret respondere, rescripsit eis, hoc non peti*, sed præstari solere: *Et ideo si quis fiduciam sui haberet, delectari se, populo ad respondendum se præpararet c l 2. Pomponii* § 47

III. Quamvis autem olim judici non liceret à prudentum responsis recedere: hodie tamen illorum tantum probabilis, non necessaria auctoritas est, ceu uno veluti ore omnes sentiunt communiter Doctores. Cum tamen ratio doctrinæ & fidei magis vigeat in ijs, qui periti .m Juris legitime sunt consecuti, quam in alijs, eorum responsa puto probè esse attendenda & magnificienda; non tantum quod circumstantias rerum qvalitates personarū atq; locorum consvetudines probe exactéq; considerant: Sed etiam quod responsa eorum, id judici præstare solent, ut neq: injuriarum neq: male jus dicati actione conveniri possit, Dn. Joh. Phil. *usus pract. ad* § 8 *lib. 1. tit. 2. inst. Ecclog. XXIII. XXIV.* Quid! qvod responsa duorum probatorum Doctorum, justam videntur partibus inducere litigandi causam, adeo ut in expensas nequeant condemnari, vid, *l 79. princ. ff. de jud. Struv. d. tr. p. m. 54. n. 17.* Perfectus icciroo jure consultus non prorsus sine causa in Limnæo *Enucl. lib. 1. cap. 1. n. 5.* dicitur, cu-

jus

jus ex tripode & publicam & privatam petere salutem cuivis integrū est, & à Grotio, JCti domus civitatis oraculum in Ep. 127. *ad Gallos.*

Memb. Quartum.

ICTUS EXECUTOR.

MAgistratum judicemve frustra JCtus instrueret, interpretandiq; munus recte minus obiret; si non similiter legitimum sisteret executorem, justis undiq; sententiam semel latam exequendi regulis stipatum. Ultimus enim ordinis judiciarij finis est executio, quæ rite proinde & legibus conveniēter peragenda; *tot. tit. C. de execut. rei jud. Eccloq.* περὶ ἀπαιτήσεως τῆς ἀπὸ καταδίκης ἢ τῆς ἀποφάσεως καὶ ψήφου δικαστικῆς. Frustra enim essent leges, Magistratus, judicia; Si nulla leges efficacia, magistratus obedientia, judicia, vis & auctoritas sequerentur, vid, Hobb. *de Cive. c. 6.* § 8. Selden. *lib. 7. de jure N. G. ad Disciplinam Ebræorum.* Quo etiam respiciunt regia & regio ore dignissima verba Gustavi Magni in Processu Judiciali: *Execution* är itt af the ypperste och fornembste stycken/ som länder til rätt och rättwijsans styrckio och befordran/ latinè, Executio est una optimarum præcipuarumq; partium, qvæ faciunt ad juris justitiæq; firmamentū ac promotionem. Ut a. ordo teneatur pro instituti ratione maxime heic considerunda, (1) ut executio legitimè interponatur, (2.) Ordine in legibus præscripto, (3) Res recte distrahantur.

ARTICULUS Primus.

Executio legitimo modo actempore interponenda,

Retardata executio punibilis, modica tamen dilatio in LL. 12. Tabb. Jure Justin. novo novissimo & Saxonico, non expresse Jure Svecano indulta, nisi in quibusdam causis. In Pœnalibus prompta plerumq, Executio non ante Sententiam non causave appellata, non in alienis bonis, (multa iccirco detrahuntur) non in alium pro alio, non in corpus, quamdiu quis est solvendo, non in usuras postposita, sorte, sed in solidum ejus qui debet.

NE inanis plane sit vires rei judicatæ adepta sententia, executioni, mandanda est, maxime qvando spontè quis debito tempore

tenuit solutionem. *tot. tit. C. de exec. rei Judic, Art.* 37. Rätg. *processf.* Ita ut retardatæ executionis pœna negligentibus etiam irrogetur executoribus. *Art.* 38. *d processf & Const. R. de Execut. in gen. Art.* 27. Humanitatis tamen ratione modica ut plurimum ac tolerabilis indulgeri dilatio solet. L L. XII. Tabb. triginta concedebantur dies, *lib.* 2. *tit.* 20. § 27 *Fragm.* Ipsam legem ita restituit Joseph. Schaliger apud Festum: æris confessei rebusq; joure joudicatis 30. dies justi sunto, postidea indumanus jacito esto in ious ducito, h. e. æris confessi rebusq; jure judicatis dies 30. justi sunto postea manus injectio esto in jus ducto. Tempus judicati faciendi ex constitutionibus duorum est mensium, *l.* 2, *C. Theod. de usur. rei jud.* ex novissima a. Just. constitutione, in actionib. personalib. quatuor ut plurimũ, *l.* 2. *C. eodem l. ult C. de exec. rei judic. Cuiacius* 3. *obs. c.* 39. In realibus vero statim fit executio, si res restitui possit, §. 2. *Inst. de offic. judic. princ. tit.* 16. *lib.* 3. *Inst. Jur. Can.* Phil. usus pract. *lib.* 4. *Eccl* 78. *p.* 995. Jure Saxonico in actionibus realibus, 14. dies à tempore præcepti executivi indulgentur, Phil. *d. l. vid.* tamen Carpzov. in jurispr. *for. const.* 32. *def.* 4. *n.* 34. *Gail. lib.* 1. *obs.* 113. *n.* 1.

II. Terminus judicato faciendo certus in jure nostro præfixus non est. Sed arbitrium circumspecti judicis plerumq; reductus, *d Art.* 36. *c.* 15. Stepm. Siöl. förelåggia en wiß tiidh *h. e.* Solutioni diem dicere certum. Ad qvem si solutum non fuerit, contumaciæ etiam pœna ut olim ita etiamnum irrogabitur, *fl, ult.* Erf. *upl. fl.* 25. § 1. *Sml. fl.* 4. § 1. circa *fin.* tingm. 14. Rådst. *Art.* 23. *d. Const. R. de exec.* In puncto tamen contumacis absentiæ parata omninò & prompta esse potest executio, *cap.* 13. ting. II. Nec non in causis capitis *XVI.* rådst. b. kan det tima/at någor går åstost/*&c.* dömes tå vth samme dagh antingen pant eller penningar. Reda penningar/husalego/skiplego/förtient lön wari samma lagum. In totam hanc rem elegantissimus est textus in *l* 31. *ff de re judic.* per verba: *Debitoribus non tantum petentibus dies ad solvendum dandi sunt, sed & prorogandi, si res exigat. Si qui tamen*

per

per contumaciam magis quam quia non possint explicare pecuniam, differant solutionem: pignoribus captis compellendi sunt ad satisfaciendum. In pœnalibus quoq; non sine sontica causa differenda est executio, *l.* 51. *ff. ad l. aquil & D.D. ad l.* 35. *ff de pæn. Art.* 17 rättg. *ordin.* Excipe tamen casû, *l.* 9. *Cod. ad l. Corn. de fals. Itẽl* 3. *ff. de pæn. l.* 18, *ff, de stat, hom, c,* 4, tiufm.

III. Executio non legitimè interponitur (1.) ante Sententiam, *tot, tit, Cod, de exec, rei jud, fl,* 7, *§* 4, *fl,* 8, tingm. *upl.* för än är lag stämd droch lag följder *c,* 28, 29, tingm. ll. *Art,* 45, *Const, R. de exec,* 669, *tit,* 16, *lib,* 3, *inst, Jur, Can, Carpzov, Resp, Jur. lib,* 14, *tit,* 1, *resp,* 9, *n,* 3, Excip. nisi in Confessis, qui pro judicatis habentur, *tot, tit, ff, &, Cod, de conf. c.* 11. *§* 1. dråp. wil. stl. *Reg.* 17. *judic.* ränd sak/ så god som witnat. *Art.* 5. *d. Const. de exec,* 669. Immò nec ante sententiam ordinariè locus esse potest inhibitioni usus rei, *§ ult.* jord. ll. nisi quod nonnunquam mandata sine clausula decerni possint. *vid. Gail. lib.* 1. *de p. p. c.* v. & eundem *lib.* 1. *Observa.* 144. Si quis vero exequatur juris ordine prætermisso, actio spolij competere potest, *c conquerente, x. de Restitut spoliator. c.* 31. ting. *c.* 20. Edz. ll. 21. *eod.* st. Non (2) causa appellata, *tot. tit. ff nihil innovari appellatione interposita,* 2, *q.* 6. *c. post appellationem* 31. *Edict. Just* 8, *c,* 1. pendente(m) appellatione nihil innovandum, *c,* 28. 29. tingm. ll. Nec (3) Recte in alium pro alio. Pœnæ enim regulariter non alios, quam suos tenent auctores. *l. sancimus* 22. *C. de pœnis. c.* 21. Edz. ll. Swa skall hwar sin sak enjamen bótha/*&c.* causam ejus rei sic explicat vir magni judicii: *Quia obligatio ad pœnam ex merito oritur, meritum a. est personale, quippe ex voluntate ortum habens, qua nihil est magis naturale, unde ἀνπξύσιον dicitur, Grot. d. tr. c.* 21. *vid tit. C. ne filius pro patre, tit. C. ne uxor pro marito vel maritus pro uxore vel pater pro filio,* D. Phil. *usus pract. p.* 887. vid. tn. exceptiones *ex tit. inst. quod cum eo qui in aliena potest, est negot. gest. &c. Grot. penult. & ult. d. c. cap.* 22. 23. dråp. wil. ll. *& passim* (4) Nec pœna corporis afflictiva irroganda, si reus aliunde sit solvendo, *c* 8. *§* gifft. ll. *c.*

26. tingm. ll. 14. kiöpm. ll. *in fin. c.* 8. rådst. *c.* 12. 16. § 4. Kon Sl. *c.* 11. 19. 23. kiöpm. Sl. *c.* 31. rådst. *c.* 11. högm. Sl. *Art.* 22. *d. const. Reg. de exec.* Secus tamen est, in atrocioribus maximeq; scandalosis criminibus, *Art.* 17. rättg. *ordin.* In quibus ne jus quidem aggratiandi regium promiscuè interponi solet, *d. art. ad Roman. c.* 13. *v.* 4. *Poster. paralip.* 19. 6. *vid.* Consult. Dn. Becman in comm. *ad l.* 2. *ff. de Const. princ.* Quo etiam notabiles in jure nostro antiquo textus spectant, *fl* 5. drap. oll. *fl.* 1. *V. G. ll.* Kon. 6. Konunge skal tha trim mannum frid gifa/ er en hawa nidings wärck giordt. *conf. c.* 15. dräp. wil. ll. Fär tn mindre nåd/ at han mindre nåd wärder är. Ubi obiter ad noto, aliud esse pœnam sonti penitus remittere, aliud transmutare, *vid. c.* 16. 17. Kon. ll. vthan han niuther järdeles Konungz nåder. add. Struvium, *d tr. ad. tit. ff. de senatusc to Turpil. & abolit.* & Ampl. Dn. Pufendorff de hac materia pro more suo eruditissimè differentem in c. de pœnis in *de I N. & G.* (5) Ne usurarum prius quam sortis executio fiat. *c.* 15. rådst. seu quod idem, ut usuræ postponantur sorti, nisi qvod usurarum judicatarū alia sit ratio, Carpz. *lib.* 4. *tit.* 6. *resp.* 44. *n.* 4 (6) Ne in solidum non fiat executio, *nisi* (1) *in puncto Cessionis* bonorum, vid. *tit. ff. de Cess. bonor*, §. *ult. inst. de Action.* vel (2) *qvando alias beneficium competentiæ* habuerint debitores, in id scilicet quod facere possunt, *l.* 19, § 1. *l.* 30. *ff. de re jud. l.* 173. *ff. de R. I.* Quo frui solent parentes, liberi, patronus ejusve liberi, maritus, uxor, donator, socius, miles, § 38. 39. *& seqq. inst. de Action.* Struv. *d. tr. ad. tit. ff. de re judic.* Nec (7) in alienis bonis, *cujusq́. vero*, bona propria sunt, quæ deductis alienis supersunt: å skulu gäld hans betalas af bo oskipto/ och ingens mans penningar/ må han förbryta vthan sina egna/ *c.* 16. högm. ll. Deductionis vero jure gaudent in legibus Sveeanis: I. *Res deposita*, (in Laggfå) *c.* 30. ting. ll. (2) *in societatem collata* (bolag få) *c.* 3. tiufb. ll. (3) *Commodata*, lån skal leandis heemföras *c.* 8. kiöpm. (4) oppignoratæ, *c.* 10. köpm. ll. *d. Const. R. de exec. Art.* 9. (5)

pecu-

peculium adventitium liberorum, *c*, 21, Erf. fl. (6) bona liberorum separata quoq; detrahuntur, *c*, 3. tiuf. ll. *c*, *ult*, högm. ll, *c*, 15, gifft. fl. (7) Tributa, Decimæ pensiones ex prædijs vel fundis, *c*, 10, högm. ll. 30, tingm (8) Uxoris portio qvando maritus multæ est obnoxius, & vice versa, *fl*, 8, tingm. Uppll. *c*, 27, § 2. ting. ll. *c*, 4, tiuf. ll. Non tamen. (1) *in causa communis* delicti, *d*, 4, tiuf. ll. *nec* (2) in puncto æris alieni stante matrimonio contracti, qvando sola defuncti bona mariti eidem non sufficiant solvendo, *c*, 17, Erf. fl. *c*, 22 *eod*, *ll*, ut novissimè qvoq; in judicio Revisionis judicatum est, inter Generosis. Dn, Baltz. *M*arschalk, & Dn. Catharinam Stake, die 21 Mart. 667. vid etiam rescriptum Reg. Dicasterio Aboënsi datum, die 17. Nov. 663. Quot a. modis qvis in communicationem alterius delicti veniat, egregie in ceteris ostendit Grotius de jure *B*, *& p*, *c*, 21, *& c*, 17, § 6, 7, 8, *eod*. Unde varia legum nostrarum capita om fluch of faranöthe. h. e. coadunato flagitiosorum cætu, explicari possent, si id hujus esset loci,

ARTICULUS Secundus

Executio justo ordine ac pretio peragenda.

Executio peragi debet ordine, respectuq; rerum mobilium ac immobilium, tam jure Romano quam Svecano & justo pretio, quod varie definiendum.

RES soli non prius invaduntur, qvam pignori captæ sunt, mobiles, secundum legibus præscriptum ordinem, *l*, 15, *ff*, *de re judic*, Måta lößören och gångande fä/*&c*, fins en thet til/ tå skall förn och hös måtas/fins en thet til/tå skal hws måtas/ räcka en the til/ tå skal uthjord måtas/fins en hon til/tå skal måtas bohlbynom / idq; est, quod *in ll*, *upll*, dicitur: tabiter måt i bohl bonda/*add*, *c*, 27, ting, *c*, 32, § 1, Kon. ll. *fl*, 9, *Tingin*, *H*, *L*, *C*, *fl*, 23, *eod vmu*. Ita jure etiam saxonico fere obtinet, non vero Gallico, teste Gothofredo *ad d*, *l*, 15, *& Struvio d*, *l*, *n*, 18.

II, Æstimatio rerum heic, non ex affectu, nec utilitate singulorũ statui debet; sed vel arbitrio judicis, ut *in l*, 3. *ff*, *quod certo: loco* ea pretia consideranda, quæ in qvaq; civitate vel provincia obtinent, *l*, 63, §

1,*ff, ad l, falcid.* vel inspecta rei veritate, *l. 42, ff.eod, vel* fori pretio, *l. 62,ff.§,1,eod.* Sed ut distinctius agamus puto ita distingvendum, aut Debitor & creditor conveniunt de pretio aut non conveniunt; Si prius standum est conventioni,*l.23,ff.de.Reg. I,Reg.4. jud.* förord bryter lag; Sin posterius,ad arbitrium judicis vel bonorum virorũ pretia rerum statui debent,arbitrium v. æquo,justo & vero consonum erit,secunqum ea,quæ in qvaq; provincia vel civitate obtinent. Ita tamen, ut in æstimatione fundi villatici,ratio habeatur qvanti maximi, per verba legũ nostrarũ: i bohlbynom som the tolf såna dyrast wärdt wara/ In alijs vero rebus,omnia æstimanda sunt,quanti vendi possint: En bör något twingas någrom på/för högre prijs/än som thet må kunna försäljas/ *d. Const. Reg. de Exec, Art. 6.*

ARTIC: Tertius.

Res executioni datæ recte distrahendæ.

Jure Romano ut distractio fiebat in concursu creditorum & cognatorum redimere volentium,& concursu plurium inter se creditorum tantum. Jure nostro aliter res soli, aliter mobiles venduntur quidve in utrumq; juris, tandem de officio executorum, cum conclusione.

DE missione in possessionem,sive rei servandæ,sive ventris nomine,ex primo vel secundo decreto,ut loqvuntur,heic quoq; agerem,*vid.tit.ff.quibus ex causis in possession,* ut etiam de rebus executione captis,auctoritate Judicis vel possidendis vel vendendis,quo, actor suum tandem consequatur,*vid.tit.ff.& Cod, d reb. auctorit, judic,* si id dissertationis præsentis modus permitteret. Id saltem non prætereundũ; facta executione, jure Romano, res judicato solvendo datas sub hasta vel distrahi vel vendi potuisse,*l.3,C, de exec. rei jud vid. Struv,d.tr,ad tit,ff,de re jud.n,18,& Anton,Mat.in tr.de Auction,l.1,c 3,n,10*

Ubi plures emere parati sint,extraneo emptori præfertur cognatus,utriq; creditor,interq; creditores is, cui major debetur pecunia, per fortissimum text. *in l.16.ff,de reb. auct, jud.* Ubi observandum cognatum jure Romano in bonis talibus emendis ac vindicandis extraneis

neis præferri, etiamsi in ceteris plerumq; jus πρωτοπραξίας sit sublatum, *l.14. Cod. de contrah. empt. vid. tr. Nov. Frid.* imp. de hoc jure & Gothof. *ad c l.14. & d. Novel.* Concurrentibus a. pluribus creditoribus, alij alijs vel pro ratione juris sui in re, vel ratione specialis prælationis legibus approbatæ præferuntur. De quo creditorum concursu egregie pro more suo Carpz *p.1 c.28 d.1.12.* Dn Richter. tr. *de concurs. credit. omnes creditores in certas dividentes classes.* Legibus v. ac morib. nostris convenienter magni vir nominis, ad *tit.* Erf.B. nar brista; stall af marck som marck. 2. Jure nostro Svecano, executione facta, alia ratio est rerum soli, alia mobilium. In rebus soli seu immobilibus intra certum & in jure expressum tempus extraneis, præferuntur agnati cognatiq; *cap 32.* Kon. B. *c* 27 ting. B. In rebus vero mobilibus judicato datis, id non attenditur. Neq; enim, ut aliorum privatorum consensualiumq; pignorum ita harum rerum quoq; distractionem solennes denunciationes, coram judicibus præcedere necessario debent, ceu ex collatione *c.7.§ 2.* rådst. *& c.11* fôpm. B. *c.7.10.12. eod.* fl. *& const. d. R Art. 6. 7. de exec.* constare potest. Sed elapso tempore à judice dato vel in proximo mercatorum foro divendi, vel publicis auctionibus committi possunt, ut *const. de auction. Holm.* & quotidiana praxis approbant. Si v. debitor existimaverit, plus debito, executioni datũ, intra tres proximos jud. dies in oppidis, & primũ in territorijs id probare tenetur, *art. 7. d con. R*

III. *Leges* iccirco, ut in alijs ita in hisce maximopere observandæ sunt, ne sub nomine subhastationis publicæ locus relinquatur fraudibus. Executio enim inofficiosa, ut vim suam virtutemq; perdit omnem, *c.29.31* ting B & pœna insuper sat gravi afficitur, ut dictum supra: ita omnibus omnino, sed præcipue executoribus interdictum est, qvidquã permittere, quod legibus vel constitutionib⁹ adversatur publicis, per expressa verba legis: hafwi engin fodyte Konungs eller annars mans macht låsgifwa hår å moth/eller någro ty som i laghom förbudit år/wid syrati:o marker/Konungs en sak och then som låt tager/bötha effter laghum ey ty stödher. *h. c.* nulli etiam regis vel alterius viri prætori potestas

testas sit, alicui licentiam contra hæc dandi, vel contra id qvod lege vetitum est, sub multa 40 marcarum soli Regi debita, & qvi licentiã capit, nihilominus secundum legem mulctabitur, *c.6.* köpm.ll. *vid. m.* quoad hoc, *c.*32.§.1.*c.*33. rådst. verba: the skulu wara hawiske och rätta i allom stadzens ärandom och sogatens/ widher fattiga och rijka/ byamän/ landzmän och gäste/natt och dag i allom sinom gerningom. h.e. civiles & justi esse debent in omnibus negotijs, quæ jubentur curare, erga pauperes & divites, cives, colonos, & hospites, noctu & interdiu. Video, sed nihil dico, nisi O tempora O mores! *prohibent nam cetera Parcæ scire Helenum, fariq; vetat Saturnia Juno.* Lib. 3. Æneid. Virgilii v. 380.

CONCLUSIO.

Multa præterea hujus argumenti singulatim consideranda, animo obversantur meo; ast dura lex paupertatis, res angusta domi, manum propter sumptus sat magnos à tabula sevocat, Coronidis saltem loco & ut εὐσύνοπτον id est facilem perspectu cognituq; faciam rem, quæ heic exhibetur: Jurisprudentiæ indolem brevi descriptione ex supra dictis fabricata explico, unde constare quoq; quodammodo possit, quænam quanquam amplæ sint ICti partes, per omnem disciplinarum campum diffusissimæ.

Jurisprudentia est habitus practicus (α) *quo actiones hominum* (β) *Divinæ humanæq;* (γ) *quatenus legitimæ vel illegitimæ* (δ) *ad conservandam in republica justitiam dijudicantur.* (ε) (α) c. 1. m. 2, §. 4. (β) c. 1. m 4, §. 1. (γ) c. 1. m. 4., § 2. § 3. (δ) d. § 2. 3. (ε) c. 1. m. 3. Art 1. 2. ET,

ICtus est qui tali est habitu instructus.

Votô hanc dissertationem eodem fere finio, quo ante sexennium priorem meam *De Jure Militari Sveo-Gothico Romano:* Conserva, mi Deus T. opt. Maxime, patriam nostram pulcherrimam antiquissimamq; tot hactenus malis, tot periculis & incendijs mirabiliter ereptam, salvam, quam diutissime florentemq;. Protege etiam orbis arctoi Dominum CAROLUM XI. Regem nostrum augustissimum æterna clementia tua, ut justissimas cogitationes ejus tam læti sequantur successus, quam nos in ceteris tot millium votis qui à spiritu ejus pendent, per quotidiana suspiria expetimus;

Quo virtutibus tantis gloria Regni augeatur semper & novetur, suusque ubique almæ constet Justitiæ honos, Amen!

T. H. Gq.

Clarisſime DOMINE
VADENSTEEN
Amice perdilecte :

DIſſertationem hanc verno hoc Tempore ex legibus cum aliorum populorum, tum præcipue Romanorum Svecorumque non vulgari elaboratam eruditione, ceu vernantis ingenii ſpecimen, ſumma cum voluptate ac lætitia perlegi. Qua non ſecus ac aliis longe plurimis documentis comprobas, quantum ingenio valeas, quamque ſtrenuus ſis in Themidis caſtris miles. JURISPRUDENTIÆ n. NATURAM & ICTI MUNUS, dum ſtylo tam erudito conſignas, ipſo monſtras opere, haud eſſe te ICTI NOMINE indignum; Imò maniſeſtum facis omnibus, ad penetralia ipſa juris, quà arte, quove artis

viam, aliis monſtrare & velis, & quæ tua eſt docendi facultas quoque poſſis. Macte iſta virtute! En ipſa monſtrabit tibi præmia laboribus digna tuis. Mihi profectó ut ad ſpartam tuam, quod tibi vehementer gratulor, egregiè ornandam natus factusque videris: Ita quod jam pridem ex te honoris ac utilitatis ſibi ominata eſt noſtra hæc muſarum palæſtra, brevi, re ipſa cum inſigni ſuo ac literarum ornamento ſentiat animitus opto, Vale.

Ad quævis ſtudia erga Te

paratiſſimus

Johannes VVilhelmus
Reenſtierna.

Ad

Ad Clariſſimum Dn.

RESPONDENTEM,

Fac. Juridicæ Adjunctum Digniſſimum.

DEſertis Cœlum terris Aſtræa petivit:
Deſertum repetit, per tua ſcripta ſolum.
Cui ſociata Themis, cœleſtis & arbitra Juris:
Utraque Te Myſtam gaudet habere ſuum.
Fas Themis eſt Latiis: meritos diſpenſat honores,
Ac ope præſenti, vota modeſta fovet.
Sed quæ ſe tumido tollunt ad ſidera faſtu,
Spes premit, ingenuæ ſimplicitatis amans.
Nec, qui ſuſtinuit rigidum violare tribunal,
Securus pœnæ, gaudia tuta capit.
Non procul eſt nocuæ vindex Rhamnuſia vitæ;
Cui ſas eſt, ut atrox puniat omne nefas.

Felix, qui geminum circumfers pectore numen:
Fers tamen unius, non nisi sacra DEI.
Ille tibi largâ cultum mercede rependet,
Quo sibi deservis numinibusque suis.
Quæ cum sponte colis, niveo virtutis amore,
Addis & exemplo cum pia jussa tuo,
Nec svadere potes, licet & formidine pœnæ,
Jus Rectumque, quibus cornea fibra, malis;
Illorum Nemesis, sævis accincta flagellis,
Ultrici moneat verbere terga, Vale.

Per eximio ac Clarissimo nomini Tuo

Sincere addictus

B. Hamarinus,
Sch. Ups. Rector.

Ad

Ad Clarissimum DN.

Amicum suum in paucis optimum & honorandum,

De

JURISPRUDENTIÆ NATURA & ICTI MUNERE

Præclare admodum & egregiè disserentem Epistola.

SUmmis quidem encomiis ab omnibus omnium temporum sapientissiimis decantata est JURISPRUDENTIA, ejus vero amplitudinem Stylo sufficienti expressit hactenus nemo. Res scilicet, si æqua perpendatur lance, ut necessaria omniumque utilissima, ita ardua maximè ac difficilis est, præ omnibus ob id suo Jure obtinens honoris palmam. Disciplinarum enim veluti omnium domina quædam atq; regina, res sanctissima vera non simulata hæc Philosophia; quæ bonos non solum metu pœnarum, sed præmioum quoque ex hortatione efficere studet. Quid! quod nisi magnum illud lumen omne imperiorum illustraret opacum corpus, tenebræ in iis essent & meri nimbi. Ut enim sine imperio, Svada ipsa monente, nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest; Ita sine Justitia eique innexa Jurisprudentia, vera illa rerum pu-

dit Jurisprudentiæ, est vinculum tenacissimum, quo resp. cohærent, ille spiritus vitalis, qui hæc tot millia trahunt, nihil per se futura, nisi onus & præda, si mens illa justitiæ detrahatur. O faustum iccirco imperium, Justitia Jurisque hac arte undiq; cinctum! O beatum Reip. statum, qui præsidio gaudet tanto, ex quo tanquam uberrimo fonte solent in Regna dimanare fructus, in Rempubl. splendor, in populum felicitas, in leges auctoritas, in omne denique imperium summa tranquillitas, pax & lætitia pacis. Jurisprudentia proindè quæ verè Justitiam tradit fovetque, haud immeritò sol ille nuncupandus, qui JUSTITIÆ h. e. VIRTUTUM coronam in quamlibet spargit Remp. cujus fulgore & tanquam repercussu status politicus quivis feliciter effulget. Ast, non mearum est virium, in laudes Jurisprudentiæ amplissimas excurrere, ne tanto oneri vel penitus succumbam, vel frigidè id laudare videar, quod ob excellentiam amplitudinem, dignitatem, singularemque in rebus publ. utilitatem omnibus est laudibus præstantius. Præsens sanè Dissertatio Cl. Dn. VADENSTEEN doctâ Tuâ conscripta minervâ, heic mihi id præstare videtur, quod in prolixo aliquo commentario vix ac ne vix quidem exspectarem. Demonstras enim non turbidos mihi rivulos, reclusis fontibus, sed ipsam almæ Jurisprudentiæ medullam, quæ ad Themidis ducit sacra præclarè pandis, amicabili jungens consortio Jurisprudentiæ Naturam indolemque & Icti Munus, sine cujus disciplinæ solida cognitione ritè quod obiverit nemo. Ut enim Phrygiones è vario coloris filo unum aliquod aulæum formant, sic ex innumeris Juris sparsis particulis undique collectis cohærens hoc eduxisti opus, quod ceu condimento, sale & lepore refertum comptaque exornatum svadelâ in insignem erexeras consonantiam. Arduo equidem hoc & nobilissimo argumento, ingenium tale, veræ scilicet imbutum eruditionis succo maximè dignum. Gratulor

lor itaque, immò vehementer hunc tibi gratulor ingenii fœtum, qui singulari omnium inclyti hujus Themistici studii cultorum voto ac desiderio, summoq; adeò omnium applausu lucem jam videt publicam, eruditi pectoris Tui testis, sponsor ac interpres. Verum enimvero, ut non currenti sed de currenti laurea decertatur, ita par est ut in hac Te palæstra strenuum Athletam virtute Musisque Tuis condigna citò maneant præmia: *Nunquam enim nec opera sine emolumento, nec emolumentum fermè sinè impensa opera. Labor voluptasq; dissimilima naturâ, societate quadam inter se naturali sunt juncta* etiam post fata comitabitur gloria, quippe:

Quem referunt Musæ, vivet dum robora tellus,
Dum cœlum stellas, dum vebet amnis aquas.

Perge ut cœpisti Cl. Dn. de re literaria benè mereri quò patria suum Te aliquando decus, Academia lumen cognati præsidium ac fulcrum, amici denique Te suspicere ac colere delicium desideratissimum possint. Vale, Sic ex animo vovet

Clariss. Dn. Respondentis
Amicus Conjunctissimus

Dab. Holmiæ D. 14. May.
Anno M. DC. LXX IX.

H. Holmstedt.

Aliud :

Quam sunt Jura sacra, & legum prudentia sancta!
Quam Themidos sanctum munus alumnus habet!
Hæc novisse probè, non res est, ut puto, parvi
Momenti: hîc alias haud bene vivit homo.
Talia ritè docet scriptum, Clarissime VVADNSTEEN,
Præsens, ingenii fœtus opusq; Tui.
Grates ergo Tibi magna debentur & ampla
Præmia, quæ virtus jam Tua promeruit.

Hæc pauca, debiti erga Fautorem suum honorandum testificandi officii causa, subjecit popularis.

N. J. Sepelius.

ERRATA.

Quæ in absentia Authoris contra voluntatem irrepserant, sic sunt corrigenda.

Litera P. paginam, L. lineam denotat:

Pag. 2, Lin. 9, Γαλ ἀερ[illegible], P. 2. L. 15. lit: leg. cit. P. 2. L. 26 incumb: lege incum[illegible] P. 3. L. 3. 1, leg. 2. P. 3. L. 10. populati. leg. populari. P. [illegible] 4. L. 23 [illegible] P. 5, L. 5, ett, ett, P. 6 L. 30, peri, prior. P 8, L. 11. Judicium l. Judicium P. [illegible] [illegible] P. 9, L, 13, dadurum, l. daturum. P. 9. L. 20 [illegible] P, 10, L. 25, [illegible] L, 17, [illegible], loca. P, 12. L. 2. etiam. l. enim P. [illegible] P, 21, L, 14, [illegible], P. 33, L. 6. Pleraq. pleraque. P. [illegible] P, 35, L. 12, terri, terri. P. 36. L. 7. [illegible] P. [illegible] [illegible] ibid, [illegible] ibid. at mitti l. an mitti ibid. [illegible] P. [illegible] [illegible] ibid, [illegible] ibid. [illegible] ibidem [illegible] P. [illegible] [illegible] P, 38, L. 26. authetic. l. authentic. P. [illegible] [illegible] ψῆφον. leg. [illegible] διδόναι ψῆφον, P. 43. L. 17. compliando compilando, P, 44. L, 30, seca, sua. P: 45, L 26, quæstionum. quæstionum. P. 46. L. 22, que, qui. P. [illegible] 14, extensive, extensivæ. P, 47, L, 20, accurrat, occurrat. P. 48, L, 26, Judicisi, judiciis, P, 50, L. 9, istoc, l. isto, P, 50. L, 29, quæ, qui. P, 51, L, 1, modestinum, Modestinum, P, 52, L., 6, Cornuncarius, l, Coruncarius; P, 55, L, 5, son, hom, P, 57, l; 4, multæ, mulctæ, P, 58, L, 7, secunqvum, secundum, P, 59, L, 17, alaso, elapso P, 60, L, 2, multa, lege mulcta.

Reliqua Benevolus Lector ipse corriget.